DE FVRTIVIS LITERARVM NOTIS VVLGO.

DE ZIFERIS

LIBRI IIII.

IOAN. BAPTISTA PORTA

NEAPOLITANO AVTORE.

CVM PRIVILEGIO

NEAPOLI,

Apud Ioa. Mariam Scotum. M D L XIII.

14102

EXCELLENTI VIRO

IOANNI SOTO PHILIPPI REGIS

In Hoc Regno A' Secretis,

Ioa. Maria Scotus.

EGo quidem Sote clarissime in libris, operibusque dedicandis illud in primis obseruandum arbitror, vt ijs dedicentur, qui sua nos valeant autoritate à quibuscunque obtrectatoribus, defendere, ac tueri. Quod facile assequemur, si delectum aliquem habebimus *in libris nuncupandis, ne cuiquam nuncupemus, qui non & ijs vehementer delectetur, & de eisdem grauissimum ferre iudicium minimè posse videatur.* Qua in re à compluribus hominibus hac nostra tempestate peccatum esse video, qui haud veriti sunt ingeniorum monimenta quibusdam Principibus consecrare, qui non modò ea non intelligere, aut re vera approbare; sed ne inspicere quidem vnquàm potuerunt. Longè aliter ego facere semper decreui, vir amplissime, in operibus, quotquot meo sumptu typis excusa in lucem prodibunt: deligamque semper aliquem ex grauissimis viris, ijsdemque bene merentibus, cui dedicem.

quod si vnquam anteà, nunc certè maximè præstiti. qui cùm opus Domini Ioa. Baptistæ Portæ de clandestinis literis, secretisque notis, quas Ziferas vocant, typis meis imprimendum suscepissem, te vnum potissimùm delegi, cui iure quodam optimo nuncuparem. Tu enim is es, qui eiuscemodi studijs magnoperè delectaris, in eisque mirum in modum excellere videris. Accedit ad hæc amor ille tuus, atque incredibile studium erga nostram hanc artem Typographicam, quam, cùm totus sis in ornanda Neapolitana republica, ideoque te in nobilissimum huiusce verbis Patritiorum ordinem cooptari volueris, speramus in dies Neapoli auctiorem, luculentioremque tua opera, & consilio futuram. Vt interim sileam virtutes illas animi tui egregias, ac verè diuinas: quæ vel solæ me ad hoc vehementissimè hortari possent, atque etiam impellere. Tuæ igitur partes erunt, pro tua illa singulari humanitate, animique celsitate, quod tibi toto animo, ac syncerè nuncupamus, hilari fronte accipere; & me tui obseruantissimum in tuorum numero retinere.

AD LECTORES

PRÆFATIO.

REQVIRENTI mihi veterum in omni rerum genere quædam manu scripta monumẽta, vt arcani quid & abditi inde depromerem, (ita me semper ad hęc propensum natura tulit) cum nõ semel contigisset in obscuras quasdam notas, & characteres impingere, quibus scriptores dũ legentibus inuidẽt rerum cognitionem, ex industria solent sua scripta occultare, ea dimittere sæpenumero cogebar, ad quæ magis cupiditas animum accendebat. Verùm cum ea sit hominum conditio, vt quæ multum appetimus, eò ardentius appetamus, quò ad ea assequenda maior esse solet difficultas, ea de causa factum est, vt substinuerim non prius ab incœpto desistere, quàm omnes eiusmodi notas, quæ occurrerant interpretarer, nec voto fortunæ beneficium defuit, characterum enim significationem accuratius perquirenti, & in hoc non parum elaboranti, res ita fœliciter cessit, vt huic mox inquisitioni serio addictus, non paucas eiusmodi notas interpretarer, quòd cum de cętero aliquandiu enixius quæsiuissem, ita profeci, vt collectis eiusmodi quamplurimis characteribus, cum multiplex esset ratio interpretandi, & multorum scriptorum collatione comprobata, de illis librum conscribere decreuerim: sed quomodo id fieret, rectè primum neque ipse satis intelligebam, quare circa initia, vt nonnulla ad hoc oportuna colligerem, quæ libro formam traderent, mihi labor fuit non modicus, calamo demum nonnullas præceptiones, quæ se memoriæ statim offerebant commissi: ne in ijs perquirendis, quoties opus esset nimis elaborarem, neque enim sperabam rerum

varietate in tantum posse opus excrescere, siquidem cum huic rei intentius operam nauarem (quid enim labor non efficit?) tantum profeci, vt breui allatas vndique epistolas huiusmodi notis scriptas amicis rogantibus interpretarer, vnde eam de me apud eorum animos admirationem excitaui, vt non defuerint literarum imperiti, qui hoc mihi non aliundè, quàm ex arte magica, vel alicuius numinis afflatu prouenire existimarent, quod totum ratio contextus ex orthographiæ petita fontibus satis apertè indicabat. Sed vt videant, quibus regulis in his progrederer, quas colligeram per hos dies, dum animus grauioribus curis feriatus, leuioribus his studijs incumbit, typis excudendum curare statueram. Verùm cogitans quam varijs hominum iudicijs, & zoilorum obtrectationibus, qui sui ingenij acumẽ in aliorum laboribus solent experiri, illi exponerentur, qui libros in publicum emittunt, statui (lectores humanissimi) hoc opus tandiu apud me reseruare, donec illud cum aliorum librorum classe, quorum nomina in nostrę Encyclopediæ indice protulimus, simul absolutum ederetur. Sed pluribus tandem rationibus necesse fuit consilium mutare, cum enim huius operis fama vulgaretur, dum adhuc sub incude esset, partim amicorum non paucis efflagitationibus, quos magna iamdudum legendi operis cupido incesserat, & partim inuidorum motus impulsibus, qui eius rei, cum à nemine hactenus fuisset pertentata, honorem hunc nobis inuidebant, commodum duxi rem vlterius non differre, sed diligenter editionem festinare. Nos verò negotium hoc totum in duas partes diuidemus: scilicet occultè significare, & significata percipere, vni primum & secundum, alteri tertium & quartum librum dedimus. Signa, quibus significamus, vocalia, semiuocalia, & muta, quomodo fiant, ex veterum & recentiorum præceptionibus, visibilia, quæque visum effugiant vniuerso primo libro conscripsimus, scripta

verò

verò literis charta exaratis, & quæ interceptorem eludant, quæ labore, quæque minime interpretari possunt, postremo, quæ non solum intelligi, sed ne suspicionem quidem inferant secundo libro docuimus. Tertio commodo intepretari scripta debeant, exempla duo apposuimus, vnde lector reliqua valeat interpretari. Demum quarto libro tabulas conscripsimus, quarum auxilio verba facilius quæsita reperiri possint, ne quid facilitatis & diligentiæ huic negotio deesse videre.

tur.

EORVM QVÆ IN OPERE TRACTATNVR INDEX.

A

ABbatis Trimetij liber. 111.
Ægyptij columba ingratitudinem innuebant. 28
Ægyptij hippotamo iniquitatem depingebant. 28
Ægyptij res sacras notis scribebant. 2
Ægyptij serpente mundum depingebant. 29
Ægyptij Sole & Luna describunt annum. 29
Ælianus de columba internuncia. 141
Ænigma Damatę. 16
Ænigma de anno. 16
Ænigma de homine. 16
Ænigma de Termino Deo 16
Ænigma Menalcæ. 16
Ænigma quid. 16
Agrippæ de occulta philosophia liber. 92
Alciati emblemata. 29
Alexãder tacita ambage Ephestioni silentium admonet. 27
Allegoria quid. 15
Ambagibus multa posse demonstrari. 23
Amilcar igne hostes decipit 32
Amphibolia quid. 16
Antigrapho quando vtebantur antiqui. 6
Antiqui mysteria notis scribebant. 1
Antiqui necessarijs in rebus notis vtebantur. 8
Antiqui Poetæ & philosophi allegoricè loquebantur. 15
Antiqui vt occultè scriberent notis scribebant. 4
Antiquorum scribẽdi modos vanos esse. 43
Antoninus occiditur ex prodita literę sententia. 10
Antonomasia quid. 15
Apuleius de numero trigenario. 36
& de notis magorum. 4
Aristarcus quando vtebatur *asteriſco cum obelo*. 6
Aristoteles de generibus figurarum loquendi. 13
& de magicis opusculũ. 88
Artabazi, & Timoxeni callidi tas in mittendis epistolis. 140
Asconius Pedianus de literis veterum. 6
Asteriſco quando vtebantur antiqui. 6
Astrologorum notæ quæ. 6

Atta-

Attali scribendi astus. 47
Augustini interpretatio in Sybillæ carmina. 58
Augustus notas repperit breuitatis causa. 5. & 72
Ausonij ęnigma de hõine. 16

B

Beda de loquela per digitorum flexus. 35
Bracteæ alia forma. 110
Bractea perforata, qua scriptum obscuratur. 107
Breuitas in scribendo valet occultationi. 68

C

Campani Romanos astu fallunt. 139
Capite, quæ significare possimus. 22
Carmina, quę prępostere legantur. 60
Carthaginensibus clades. ex male occultato consilio. 10
C. Cęsaris commentariorum liber. 140
C. Cęsaris scribẽdi modus. 42
C. Cæsaris scribendi modus arguitur. 44
C. Cęsaris solertia in mittendis epistolis. 140
Chabalistarum scribendi modus. 95
Chęremon hieroglyphia scripsit. 3
Characteres si in scripto pauci quid faciendum. 181
Character vnus quomodo quatuor literarum potestate fungatur. 93
Chrisanon quando vtebantur antiqui. 6
Chrysippus quæ putat ambigua. 16
Chymistę allegorice loquuntur. 15
Chymistarum notæ quæ. 7
Cicero de generibus figurarum loquendi. 13
Ciceronis obscuritas in epistolis ad Atticum. 143
Ciceronis scribẽdi modus. 43
Ciceronis scribendi modus arguitur. 45
Circulare scriptum quid. 70
Clandestina nuncia. 137
Claui quomodo scribatur, sine qua scriptum aperiri non possit. 99
Cleonymi lacedæmonis astus. 140
Collo aliqua posse demonstrari. 24
Colũbæ literas deferẽtes. 141
Commodus occiditur ex male occultato consilio. 11
Consonantes finales quæ. 152

Conso-

Consonantes frequentes quę. 152
Consonantes in simplici scripto quibus regulis deprehẽdantur. 127
Consonantes quę. 152
Consonantes quæ geminentur. 152
Consonantes raræ. 152
Consonantes rariſſimæ 152
Cõſonãtes ſimplices quæ. 152
Cõſonãtiũ poteſtates quibus regulis venari poſſimus. 155
Cõtinuati ſcripti exẽplũ. 175
Continuati ſcripti partes quo modo dirimantur. 172
Cornelius Tacitus de Ægyptijs. 2
Corporis membra quomodo ſignificent. 22
Cruce duplici quomodo ſcribatur. 94

D

Delphinus anchora inuolutº quid ſignificet. 30
Demarati ſcribendi aſtus. 41
Dictio vna alteram ſignificet. 104
Diogenes de Cleobolo. 16
& de medio digito. 25
Diogenis literæ alio mire aſportantur. 11
Donatus de romanorum notis. 5

E

Echeneis telo contorta, quid ſignificet. 30
Emblemata quæ. 29
Ennius multas notas reppcrit. 5
& dictum in impudicã. 38
Epiſtolæ auibus aſportantur. 141
Epiſtolæ canibus gluciendæ dantur. 138
Epiſtolæ flumine quomodo deferantur. 140
Epiſtolæ in placenta occultatæ. 138
Epiſtolæ lepore incluſæ. 138
Epiſtolę ligno includãtur. 137
Epiſtolę ouo includantur. 137
Epiſtolæ ſagittis mittũtur. 140
Epiſtolæ ſoleis & baltheo occultatę. 138
Epiſtola viridi ligno coaleſcat. 137
Erythreæ Sybillæ carmina de Chriſto. 59
Ezechiel de litera thau. 7

F

Facibus literas demõſtrare. 34
alit er. 35
Fronte aliqua demonſtrari poſſe 23
Frontinus de occultè mittendis

tendis epistolis. 140. 141
Furtiuæ characterũ notę quo modo pingantur. 61
Furtiuæ literarum notæ quæ sint. 1
Furtiua scripta quæ non possint interpretari. 96
Furtiua scripta quę possint interpretari. 61
Furtiuis notis scribere quid sit. 53

G

Geber de chymicis occultè scripsit. 15
Gellius quos vocet scirpos. 16
de Lacedæmonum occultè scribendi modo. 40
de pœnu cuiusdam scribendi astu. 41
Genis aliqua demonstrari posse. 23
Getę imperatoris cõmentũ. 5

H

Harpagi astus. 139
Hebræorum ritus in tradendis legibus. 18
Hecateus de notis Ægyptiorum. 29
Hermes de chymicis obscurè scripsit. 15
Herodianus de Materniano. 11
de Cõmodo imperatore. 11
Herodoti oracula. 17
de Periandri ambage. 27
de Demarati astu. 41
de Histiæi astu. 41 & 140
Hieroglyphia grãmata quæ. 2
Hieroglyphicis literis sermonem exprimi posse. 28
Hieronymus de numero trigenario. 36
de literis Esdræ. 53
Hircij factum in asportandis literis. 141
Histiæi astus arguitur. 44
Histiæi scribendi astus. 41
Histiæus pœnas luit occultis notis non scripsisse. 9
Hippallage quid. 15
Homeri catena aurea. 15
Honorius Thebanus. 3
Horatius de breuitate verborum. 68

I

Iamblicus de Hermete. 3
Igne noctu aliquid significari posse. 31
In obeliscis Ægypti literas hieroglyphicas inueniri. 3
Insignia quæ. 29
Interpres qualis esse debeat. 144
Interpretem expedit nomẽ & ingenium scribẽtis scire. 149
Interpretem ingeniosum esse oportet

oportet. 144
Interpretem multarum linguarum oportet esse expertum. 145
Interpretem necesse est epistolæ idioma callere. 127
Interpretem necesse est orthographiam callere. 145
Interpretem necesse est epistolam scribentis manu perscriptam habere. 150
Interpretẽ proficiet si tractatam rẽ epistola nouerit. 149
Iosippi vafricies in mittendis epistolis. 139
Iouij libellus de insignib°. 30
Isidorus quid nota. 1
& de antiquorum notis. 6
Iustinianus è libris legum notas abolendas sanxit. 6
Iuuenalis de digito medio. 25
de numero dextra computando. 36
& de columba internuncia. 141

L

Labijs aliqua posse demonstrari. 24
Lacedæmoniorum scribendi astus. 40
L. Anneus Seneca opus de notis scripsit. 5
Leguleiorum notæ quæ. 6
Linus de philosophia allegoricè scripsit. 13
Literæ accidit ordo, figura, & potestas. 53
Literæ albæ in nigra charta appareant. 50
Literæ aquis immersæ appareant. 49
Literæ delitescentes conspiciantur, & conspicuæ delitescant. 49
Literæ digitorum gestu demonstrentur. 37
Literæ diu delitescentes noctu conspiciantur. 46
Literæ igne conspicuæ fiant virides, nigræ, & rubeæ. 48
Literæ in charta quomodo appareant. 48
Literæ in corporis parte aliqua appareant. 47
Literę indicio facum quomodo demonstrentur. 32
Literæ inuisibiles. 46
Literæ quæ luminis candelæ, vel syderis videntur. 50
Literæ quæ non nisi combusta papyro videantur. 49
Literæ quæ prius non apparent videantur. 49
Literæ, quas euitare possumus, quæ sint. 67
Literæ quot sint. 151

Literæ ſonitu demonſtrari poſſunt. 20
Literæ quæ ſint. 151
Literas corporis partibus demonſtrare. 38
Literas ouo inſcribere. 50
Literas raras eſſe & frequentes per ſe, & per accidens. 152
Literarum contextus qualis. 62
Literarum lineamenta. 61
Literarum proportio in quibus conſtet. 63
Litera vnde. 41
Liquidæ quę. 152
Liuius de Tarquinij ambage. 26
Locutio circulatorum. 19
Lucanus de literis Ægyptiorum. 3
Luculli vafricies. 140

M

Mocrobius de digitis Iani. 35
Magas igne rem ſignificat. 31
Male terminati ſcripti partes quomodo terminentur, & interpretentur. 176
Manetus de notis Ægyptiorum. 29
Manibus occulte rem demõſtrari poſſe. 24
Manuenſes qui. 5
Marrhes cornix internuncia 142
Medęa igne rem amicis ſignificat. 31
Mercurius de philoſophia allegorice ſcripſit. 13
Mercurius hieroglyphicis literis ſcripſit. 3
Metaphora quid. 13
Militares notæ quæ. 7
Minotaurus vexillo depictus quid ſignificet. 30
Monoſyllabarum euitatio valet occultationi. 68
M. Varronis ænigma de termino deo. 16
Muſæus de philoſophia allegorice ſcripſit. 13
Muſicorum notæ quę. 152
Mutæ quæ. 152
Muta ſigna quæ. 21

N

Nicearchi facetum dictum. 36
Notæ ad occultè & breuiter ſcribendum repertæ. 2
Notæ quæ. 1
Notarij qui. 1
Notarum multiplex numerus valet occultationi. 68

Notis

Notis solum sex vel quatuor scribere. 86
alio modo. 88
Notulæ pro dictionibus valent occultationi. 69
Nullæ literæ quæ sint. 66
Nutum pro sermone valere. 22

O

Obelo quando vtebantur antiqui. 6
Occultandi astus in pugillaribus. 41
Ocioſæ literæ quæ. 66
Oculis indicare rem occulte posse. 22
Ouidius de verbis vultu significandis. 22
de supercilijs loquentibus. 23
de puella nutibus quomodo loqui debeat. 25
de literis digitorum. 31
de literis vino protractis. 39
de literis non apparentibus. 48
& de asportandis occulte literis. 138
Ori Apollinis liber. 29
Orpheus de philosophia allegorice scripsit. 13
Orthographiæ contemptus valet occultationi. 68

P

Palamedis literæ. 54
Paucitas literarum valet occultationi. 67
Periestigmenon quando vtebantur antiqui. 6
Persannius philargirus notas notis addidit. 5
Persius de litera thau. 7
Per synonima scribendi modus. 110
Petri Valeriani liber. 29
Phœnices hieroglyphicis literis primi scripserunt. 3
Plotonis notæ. 5
de occultandis misterijs. 18
de philosophia occulte scri sit. 13
Plauti subtilitas. 59
Plinius de vi superciliorum & frontis. 23
de digitis Iani. 35
succus qui valet occultandis literis. 48
Plutarchus de notis antiquorum. 4
de prænominibus Romanorum. 5

de scythala. 40
Polyænus græcus. 47
Polybius de literis facibus occultandis. 32
Polycretes fœminę astus. 138
Pontanus de aspiratione. 148
Prenomina notis antiqui scribebant. 5
Priapi occulta locutio. 60
Priscianus de prænominibus romanorum. 5
Probi Grammatici libellus de notis. 43
Puella amanti quomodo loquatur. 38
Pueri & mulieres quomodo notis occultè scribant. 95
Puluere in die significare. 31
Pugillarijs literas celare. 41
Pythagorici de chymicis occultè scripserunt. 18

Q

Quintilianus de generibus figurarum loquendi. 13
& de signis corporis. 22

R

Ratio vsus tabularum continuati scripti. 219
Ratio vsus tabularum simplicis permutationis. 203
Ratio vsus tabularum scripti Rotæ. 223
Regulæ quibus simplex permutatæ figuræ modus deprehendatur. 153
Regulis quomodo vti debemus interpretandi simplicis permutatę figurę mod⁹. 163
Romani in vexillis Minotaurum pingebant. 30
Rotæ absq; instrumento scribi posse. 87
Rotæ constructio qualis. 70
Rotæ cum ociosis literis figura. 79
Rotę indissolubilis figura. 83
Rotæ instrumento quomodo vtendum. 74
Rotæ schœma. 73
Rota in scribendo error quomodo deprehendatur. 75
Rota quæ sit. 70
Rota scriptum aliud ociosis literis inuolutum quomodo deprehendatur. 195
Rota scriptum aliud ociosis literis inuolutum quomodo interpretetur. 197
Rota scriptum continuatum interpretandi exemplũ. 193
Rota scriptum continuatum quomodo deprehẽdatur. 192
Rota scriptum continuatum quomodo interpretetur. 193
Rota scriptum continuatum valet occltationi. 77

Rota ſcriptum dolis & fallacijs occultare. 77
Rota ſcriptum ocioſis characteribus *inuolutum* aliud interpretandi exemplũ. 199
Rota ſcriptum ocioſis characteribus inuolutum quomodo deprehendatur. 195
Rota ſcriptum ocioſis characteribus inuolutum quomodo deprehẽdatur, & interpretetur. 197
Rota ſcriptum ocioſis literis obſcurari. 78
Rota ſcriptum quibus regulis deprehendatur. 182
Rota ſcriptum quomodo indiſſolubile fiat. 82
Rota ſcriptum quomodo interpretetur. 183

S

Saladini euentus in aſportandis literis. 142
Scribendi modus rudibus hominibus aptus. 93
Scribendi modus tranſpoſitione literarum. 55
alia ratio. 56
Scribendi ratio in quibus verſetur. 61
Scribendi ratio, qua infinitis propemodum characteribus ſcriptũ variari videatur. 89
Scripti obſcuritas in quibus conſtet. 39
Scripti prius doli ſpecies attendenda. 146
Scriptum multiplici dolo inuoluatur. 84
Scriptum ocioſis characteribus inuolutum quomodo deprehendatur. 177
Scriptum ocioſis characteribus inuolutum quomodo interpretetur exemplũ. 179
Scriptum ocioſis literis inuolutum quomodo manifeſtetur. 177
Scriptum, quod claue claudatur quomodo fiat. 99
Scythalæ ſcribendi modus arguitur. 44
Scythala quæ. 40
Scythæ tacita ambage Perſas admonent. 27
Semiuocales quæ. 152
Semiuocalia ſigna quæ. 20
Sermo quomodo ſub alio occultetur. 19
Signa quæ. 12
Simonidis literæ. 54
Simplex cur ſcribendi modus dicatur. 64
Simplex occultãdi modus. 64
Simplex ſcribẽdi modus dolis & fallacijs occultandi. 65

Simplicis occulti scripti permutatæ figuræ exemplum. 166.
Sinon igne rem significat. 31
Socrates de occultandis mysterijs. 18
Solomon de literis digitorum. 38
Sosipater de prænominibus Romanorum. 5
Suetonius de notis antiquorum. 4
Suniator in pœnas incidit notis male consilium occultasse. 19
Supercilijs occulte demonstrari posse. 23
Syllabarum transpositio in dictione valet occultationi. 20
Symbola pythagoreorum aliqua. 17
Synonimorum tabulæ 144

T

Tabella ad literas facibus demonstrandas. 35
Tabulæ dictionum continuati scripti. 183
Tabulæ dictionum scripti rotæ. 186
Tabulæ dictionum simplicis permutationis. 205
Tamerlanus tacita ambage obsessis deditionem significat. 27
Tarquinius muto signo Gabinorum mortem significat. 26
Terentius de fronte. 23
Theophrastus de viridi ligno occludendis literis. 139
Tibullus de notis vino protractis. 39
Timoxenus Sicioneus pœnas luit literas non occultasse. 9
Titi Vespasiani insigne. 30
Tito & Tiberio obfuit literas non occultasse. 9
Titus Vespasianus notis multa exprimebat. 4
Transpositione literarum occultè scribi posse. 54
Transpositione literarũ scriptum indissolubile fiat. 96
Transpositione quomodo sine suspicione scribatur. 57
Triphonis solertia. 21
Trogus de Suniatore historia. 11
Tullius Tiro repperit multas notas. 5

V

Valerius Probus scripsit de notis Romanorum. 5
Vegetius de tribus signis. 12
Verba permutatis & additis

syllabis occultare. 20
Verba quomodo pictura exprimamus. 19
Verbi eiusdem repetitio valet interpretationi. 69
Vergilij somni portæ. 15
& de Sinonis signo. 32
Victruuius de Triphone. 21
Vocales quæ. 152
Vocalia signa quæ. 13
Vocalium potestas quibus signis aucupetur. 162
Vsus alieni sermonis qualis. 18
Vultu quæ significare possimus. 22

Z

Zipheræ vulgò quæ 1

SERIES CHARTARVM.

† ✻ A B C D E F G H I L L M N O P Q
R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes sunt duernæ excepta Ee, quæ est ternio.

ERRATA.

Primus numerus paginam, ſecundus lineam indicat.

Triſmegiſtro	Triſmegiſto.	3	9
Vel manuēſes	Vel à manuenſes.	4	16
DILVA	DILIA.	5	6
Illo	Illi.	11	1
Sumptus	Sumptum.	11	14
conſumetur	conſumatur.	14	2
clauis	clauus.	14	8
portum	portus.	14	8
ἀλλυγορια	ἀλληγορια	15	4
Domæta	Damæta.	16	23
Domætæ	Damætæ	16	27
ineundum	ineundam.	17	32
plecubulæ	plebiculę.	18	14
STISHO	TISHOS.	20	3
obſceſſam	obſeſſam.	20	29
mitos	mites.	22	25
ſuperbia	ſuperbiam.	23	15
exprobando	exprobrando	24	22
tatè	tacitè.	25	23
Gypſeli	Cypſeli.	27	7
obſeſſis	obſeſſo.	27	14
Alciatos	Alciatus.	29	28
communiſci	comminiſci	29	30
exponere	exponeret.	32	3
inſenſáq;	incenſáq;.	32	12
ab	ad	32	15
millinario	millenario.	37	6
Secundo	Secunda.	37	30
oſt	eſt.	38	9
facit	fecit.	39	17
σλυτάλω	σλυτάλω	40	32
quæ	qui.	42	13
concepta	conceptis.	43	21
veſceribus	viſceribus.	44	27
admouens	admonens.	48	9
humidili	humiduli	48	13
Cyclamino	cyclamini.	48	30
alba	albo	49	32
tunduntur	tunditur.	50	30
quadriduum	quatriduum.	51	2
aluid	aliud.	53	26
demictet	demittet.	58	24
Vxeticiet	vxori, ciet.	59	20
iuutilum	inutilium.	64	6
ingenis	ingeniis.	65	11
Fiet	Fiet.	68	5
obſtruendeum	obſcurandum.	69	30
oportunum	opporunum	76	4
Oededipo	Oedipo	82	9
redditus	reditus.	86	3
proprius	propius.	88	16
vnius	vnicus.	95	1
literis	literæ	96	3
infeferius	inferius.	99	5
Varietæ	Variatæ.	114	1
coniungem	coniugem.	138	12
gluciendas	glutiendas.	139	18
vallémq;	vallumq;	140	1
deriperet	diriperet.	140	31
enonodare	enodare.	143	12
permutentur	permutantur.	148	23
ſimiltudine	ſimilitudine.	149	19
tali	tati.	133	10
videntur	videtur.	133	22
fruſtrare	fruſtra re.	155	3
enim	etiam.	156	11
materna	materno.	161	13
obſerri	obſeruari.	162	20
exploratibus	exploratorib⁹.	165	11
efficacaciſſimũ	efficaciſſimũ.	165	23
percepi	percipi.	165	28
characteres	characteris.	166	13
potior	potiorem	168	2
Λ	Λ	175	16
PRABTEREA	PRÆTEREA.	176	13
AGEDA	AGENDA.	176	14
poteſtatem	poteſtas.	183	19
obſoluant	abſoluant.	183	30
cautionem	cautiorem.	184	24
cognoto	cognito.	189	15
alium	aliud.	191	12
proprius	propius.	191	31
ſimilum	ſimilium.	197	33
proprius	propius.	199	15
totius	toties.	199	31
margilani	marginali.	200	32

IOAN. BAPTISTÆ PORTÆ NEAPOLITANI DE FVRTIVIS LITERARVM NOTIS.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Quid sint furtiuæ literarum notæ.

FVRTIVAS notas politioris literaturæ viri eas literas appellant, quæ artificio huiusmodi confictæ sunt, vt non possint ab alio, quàm ab eo, cui literæ destinantur, interpretari. Quod si rectè nobis animaduersum fuerit, id nomen literis illis congruere plane videbimus, quas nostrates vulgò ZIFERAS nominant. Has igitur furtiuas literas si maiorũ nostrorum monumenta percurrentibus, licebit quicquam animo coniecturare, nil aliud, nisi notas esse dicemus, quibus vel occulte vel breuiter aliquid rei gnaris, quibus rem exploratam volumus, manifestamus. Notas verò appellamus, quod literas, syllabas, & dictiones (vt Isidorus ait) *præfixis characteribus notent, & legentiũ animos ad significationum notitiam reuocent, quò fit, vt qui eas scribant, notarios appellemus. Quod si earum vsum perspexerimus, his tantum rebus eas inseruire dicemus, cuiusmodi sunt res sacræ, occultarumq; rerum scientiæ: siquidem ne à prophanis, nec dum sacris illis mediocriter initiatis illæ violentur, neue abdita detegantur mysteria ea sæpe ignorabilibus characteribus, & symbolicis quibusdam figuris à maioribus tegi, & occultari consueuerunt. In arduis quoque rebus, magnisque negotijs, vtpotè ciuitatum obsidionibus, arcium expugnationibus, pon-*

tificalium suffragiorum comitijs, in amoribus etiam, alijsq; id genus ad securitatem vtemur: quoties enim expedit regibus, eorum vicarijs absentibus, doli conscijs, alijsue alijs in rebus occulta nostri animi consilia exponere, ne literę ab exploratoribus, grassatoribus, præsidibus, qui opportunis locis dispositi adhibentur (longè enim Regum & Principum sunt manus) interceptæ, occulta illis consilia detegant, in maxima præcipuè temporibus licentia, cum delicta vetare nemo audeat, ad earum vsum, vt nobis cautionem præstent, confugiemus. Præterea breuitatis causa inductæ sunt, vtputa si quid compendiosè scribendum sit, ne verborum, nominumque crebra repetitio in scribendo tædium afferat, vtque minori cum labore possit quicquid opus sit, arctius comprehendi. Non immerito igitur in his notis excogitandis multorum diuexata sunt ingenia, quorum quamplura super ea re commenta suis locis prosequemur.

Caput. II.

Quod furtiuis hisce notis vsi sunt, qui res sacras & occultas scientias scripserunt.

Aegyptii sacrorum antistites, vt Cornelius Tacitus ait, veriti ne sacra locum inter prophana sortirentur, ænigmaticis illa quibusdam scalpturis & characteribus contegebant, inuisibilia enim per visibilia rerum mysteria significantes, nefas arbitrabantur facilè sic ea literis cõmittere, vt possint à communi & indigna plebe violari. Vnde suas literas communes habebant, quas omnes perdiscerent, sed quas appellabant sacras, soli nouerant sacerdotes, à parentibus priuatim acceptas. Apud Æthiopes etiam, quorum coloni fuisse videntur Ægiptij, ijsdem omnes vtebantur figuris, cuius generis literæ hieroglypha grammata nuncupant, quod

quod ijs notis sacrarum rerum mysteria traderentur. Chæremon etiam fuisse traditur, qui hieroglyphia scripserit. Sunt tamen qui putent, cum per animalium figuras sensus mentis Ægyptij effingerent, non dum vsitatissimam literarum & scripturæ rationẽ extitisse. Verùm sic mos hic scribendi antiquissimis temporibus inualuit, vt vetustatis monumenta omnia in columnis, quæ in Mineruę, aliorumque Deorum templis erant positæ, huiusmodi notis signarentur: cuiusmodi columnas multas fuisse ab Hermete Trismegistro inscriptas Iamblicus alijque testantur. Legitur etiam Mercurius Deificam viam & anagogicam ad diuina hieroglyphicis literis perscripsisse, quas postea in adytis Ægyptiæ vrbis, quam Soin dicunt, Bithis propheta inuentas, Ammoni Regi interpretatus est. In obeliscis quoq; Sesostridis et Semnosernei, qui ex Ægypto in vrbem deuecti sunt, per huiusmodi notas rerum naturæ interpretationem adnotatam esse Plinius & Strabo testantur. Vnde Ægyptiorum Theologiæ ænigmata propter obscuritatem (Iamblicus ait) diuinę sapientiæ musa, vt soluantur, indigêre. Hi namque in huiusmodi Mystagogia vniuersi naturam, ac Deorum architecturam imitati, mysticarum & latentium intelligentiarum quasdam imagines symbolicis nutibus aperiunt, & antiquissima etiamnum vetustatis monumenta immanibus impressa saxis cernuntur, qualia me olim interpretari memini. In hanc sententiam Lucanus doctissimè ita breuiter canit.

„Phœnices primi: famæ si creditur, ausi
„Mansuram rudibus vocem signasse figuris.
„Non dum flumineas Memphis contexere biblos
„Nouerat, & saxis tantum volucresque, feræque,
„Sculptaque seruabant magicas animalia linguas.

Quosdam sibi etiam Magos characteres effinxisse, & reperisse vidimus, quibus suam scientiam ab vsu & vulgarium lectione vindicarent, vt quisque in Honorio Thebano & alijs

videre poterit. Apulelus de his notis sic meminit.
„De opertis adyti profert quosdam libros, ignotis literis
„prænotatos, partim figuris huiuscemodi animalium con-
„cepti sermonis compendiosa verba suggerentes, partim
„nodosis, & in modum rotę tortuosis, capreolatimque con
„densis apicibus à curiositate prophanorū lectione munita.

CAPVT. III.

Quod his etiam notis scribunt, qui velint compendiosè scribere.

VETERES quoque, vt in scribendo celeritas in promptu esset, sibi vulgares notas quasdam præfigurarunt ex arbitrio, vt cum in senatu adessent, illis vsi sic breuitatis causa scriberent, & Ciceronis ætate ab anagnostis epistolæ et orationes scribebantur, vt ne verbum quidem excideret, & quicquid per contentionem in iudicijs dicerent, librarij complures, vel manuenses exciperent, eos autem his nominibus vocabant, quorum ministerio à manibus vtebantur, idque diuersis inter se partibus. Apud Plutarchum etiam legimus ex Catonis orationibus illam, quam is in coniuratos Catilinæ contra Cęsaris sententiam habuit, hoc modo exceptam, & ad *sua vsq; tempora seruatam solam sic extare. sic & senatorum* sententias, dum recitarentur breui scripto multa cōprehendente, exceptas fuisse. Nec solum in senatu, sed etiā in scholis olim pleraque dictabantur discipulis excipienda, ita vt, licet incommodè, notulis tamen & lineamentis compendiosè scriberent. Et Suetonius refert Titum quoq; Vespasianum pluribus notis verba excipere velocissime solitum more notariorum. Vt celeriter quoq; verba comprehenderent nominum verborumq; primas literas notabant, vti nunc in monumentis historiarūq; libris satis liquet. Sic C R ciuē romanum significabant, O P oportere, A B V C ab vrbe condita,

Sic

Sic PPPPESSSEVVVVVVVFFFF primus pater patriæ profectus est, secum salus sublata est, venit victor validus, vicit vires vrbis vestræ, ferro fame flamma frigore, vt apud Valerij Probi libellum de Romanorum notis interpretandis videre licet, quem multis postmodum notis Petrus Diaconus auctiorem reddidit. DILVA etiam significari volebant, de isto lapide inuenies aurum, his etiam notis DT dumtaxat denotatur. Huiusmodi notas Ennius mille & centum induxit, Sed Romæ Tullius Tyro Ciceronis libertus in hunc modum figuras præpositionũ adinuenit, & post hunc Persannius Pilargirus & Aquila libertus Mœcenatis alias addiderunt, Deinde Lucius Anneus Seneca coniuncto omnium, digestoq;, & aucto numero opus effecit ad quinq; millia prolatum. Refert etiam Ælianus Spartianus ad Constantinum Augustum de imperatore Geta lepidum & vrbanum commentum, quo in conuiuijs agendis vtebatur, quoties enim is vellet L. Luculli cœnas imitari, consuetudinem hanc in conuiuijs seruabat, vt notulis intelligi vellet pro apportandis ferculis. Nam sicubi in prandio exhiberi voluisset Pauos, Porcellos, Pisces, & Pernas, sic apponebat PPPP, si Farcta, Fasianos, & Ficus, FFF scribebat, & pari literarum ordine alia varij generis edulia designabat. Augustum quoq; apud Suetonium, cum per C S scribi antea consueuisset, tali charactere X breuitatis causa vsum legimus, quod ad nostrã vsq; ætatem vsu manauit, eundemq; Z characterẽ ex Græcis mutuatum fuisse, ne in scribẽdo duplex SS tædium afferret. Erant & Romanorũ prænomina notulis præscripta, vt in nummis argenteis, & antiquissimis marmoribus apparet, & Plutarchus, Sosipater, Donatus, & Priscianus testãtur. Quædam etiam scripturarum notę apud celeberrimos scriptores inueniuntur, quarum ad breuiter quippiam denotandum in scripturis plurimis est vsus, inter quas sunt Platonis notę, siquidem is ad dogmata, peculiaresq; opiniones denotãdas,

duplici X X vtebatur, dupliciq́ue περιεστιγμενον ad electiores quasdam sententias, ornatusq́ue verborum, & asterisco ad dogmatum conuenientiam. Sic obelum istum ← in verbis & scientijs superfluè iteratis, siue falsitate notatis, vt quasi sagitta iugulet superflua, & falsa confodiat, veteres apposuerunt: & antigraphum ↄ vbi in translationibus diuersus sensus habetur, hoc etiam asterisco cum obelo ←✱ Aristarchus in versibus vtebatur, qui non rectè suo ordine fuissent dispositi. Chrisanon ⁋ etiam ab omnibus ex arbitrio ad aliquid notandum adiungitur. Sunt & alia, quæ in ethimologijs Isidorus memorię prodidit. Nec minus in omnibus scientijs videre licet, vt in libris legum, vbi suorum verborum notæ figurantur. Apud veteres enim mos fuit, vt in peragendis causis rem certis literis denotarent, notas enim condemnationis, & absolutionis constituerunt, vt ab Asconio Pediano rectè animaduersum est, siquidem damnatus K litera denotabatur, absolutus verò A. Et de iudicio recuperatorio in veterum notis & elogijs à notarũ magistris sic scribi solitum est. Q E R E T P I R D Q P D T D D P F. Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ iudiciũ recuperatorium dabo, testibusq́; publicè dumtaxat decem denunciandi potestatem facit. E alij per ω supremam literam mille notabant, per duo etiam K K calumniæ causa, per D M dolum malum, & per I E iudex esto. Sed has iuris notas Iustinianus imperator postea à legum libris abolendas sanxit, cum multi ingenio callidi per eas ignaros deciperent, vnde ad vitanda incommoda literas legibus inscribẽdas mandauit, ne amplius fraudes, ambagesq́ue huiusmodi notæ inducerent, extant tamen adhuc hæ figuræ § & ff, quarum altera paragraphos, altera digesta designat. Sunt & aliæ multæ, quarum in libris legum maximus est vsus. Idem quoque in mathematicis præsertim astrologia, in qua etiamnum harum figurarum reliquiæ manent. Veteres enim astrologi, vel quod suam disciplinam tan-

quam

quam diuinam & sacram vulgò occultare quæsierint, vel quod cœlestia signa ab Ægyptijs (vnde ferunt eam primum manasse sciẽtiam ob aeris obsequium) figura dignoscerẽtur, vel quod breuiter scriberent, illas induxerunt, suasque figurant ἀποδείξεις. Arietem enim & Taurum ♈ ♉ à cornibus tali charactere præfigurant, sic ♊ Geminos ab eorum amplexibus, Leonem Scorpionem & Capricornum à cauda pingunt ♌ ♏ ♑, à spica ♍ Virginem, à bilance ♎ Libram, & Sagittarium à sagitta ♐, nec dissimili ratione Saturnum à falce ♄ vel ab incuruitate, à sceptro ♃ Iouem, à clauа vel sagitta ♂ Martem, à fulgore & radijs ☉ Solem, à speculo ♀ Venerem, à caduceo ☿ Mercurium, à crescentibus & decrescentibus cornibus ☽ Lunam. Sic & horũ aspectus, triplicitates, & octauæ sphærę configurationes notant. Chymica quoq; ars ijs vtitur, vt obscurè simplicia describat, quæ non nisi à prudentum lectione vindicentur. Ammoniacum itaq; salem chymici delta Δ litera notant, arsenicum ∞, sic auripigmentum, & huiusmodi reliqua, quę suis modis recenseri superuacanei laboris esset. Nec musici suis carent notulis, ad tempus siquidem mensuramque denotũdam diuersos excogitauêre characteres, vt in eorum libris planè videre est. Erant & militares notæ apud veteres, *in breuiculis enim, quibus militum nomina continebantur, proprię erant, in quibus duces militum numerum, quot ex ijs supereſſent, quotq; in cladibus occubuissent inspicerent, nam qui supererant T thau versiculi initio notabantur, qui verò ceciderãt* Θ thita, quasi haberent per medium telum Martis signum.

„ De thau, quod salutaris sit nota, legitur in Ezechiele: Et „ scripsit thau super frontes virorum gementium. Eoque modo Θ thita damnationis & mortis erat nota. Persius ad id.

„ Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.

Si pueritiam denotare vellent, lamda litera λ veteres vtebantur, sic & ad designandam stipẽdiorum largitionem propriæ erant

erant notæ. Quare colligendum est, omnes scientias proprios sibi characteres asciuisse, quibus occultius, breuiusque scientiarum materiæ traderentur.

CAPVT. IIII.

Quod his notis scribere præcipue solent, qui magna negotia tractant, quamq; earum cognitio vtilis semper, & necessaria extiterit.

QVOD in rebus necessarijs ijs notis maiores vsi fuerint, clare inferius demonstrabimus, cum modos referemus, quibus illi secreta tractaturi perscriberent, nam vel alieno & ignoto idiomate loquebantur, vel diuersis characteribus, diuersisque eorum transpositionibus, vt à C. Cæsare, ab Augusto, & à Cicerone postmodum factum referemus. Sed primo quantum harum notarum ars vtilis semper, necessariaq; extiterit, indicabimus, vt ijs, si qui sunt, qui hanc memorabilem industriã sensa occultandi, & ad literarum diuersos sonos, suę characterum notæ accommodentur, quasi inutilem & vanam aspernantur, & propterea in eam inuehuntur, obuiemus. Quid enim vtilius profectò, præstantiusque esse potest quàm magnis in rebus, quarum si occulta consilia proderentur, maxima essent subeunda discrimina, ante sibi quempiam cauere, vt non modo missæ literæ non intelligantur, sed ne doli quidem ex se suspitionem relinquant: quo fiet, vt ijs indetectis, & rerum possit is pericula effugere, & sui facile voti compos euadere? Sed ne interim tormenta locum habeant, vt veritas exigatur, quo astu possit præcaueri, ne literæ intercipiantur, post traditos nouos componendi modos, indicabimus, atq; alienas in se paratas fraudes sic agnoscere, vt frustratis ijs, facile possit se à damnis & insidijs omnibus eximere, quod quantum afferat momenti pro ipsa negotiorum qualitate extimabitur. Negotia huiusmodi permulta, magnaq;

gnaq; esse possunt, cuiusmodi sunt res priuatæ, amantium, aliorumque pontificum præterea comitia, hostium consilia, aliaque eius generis permulta, quorum innumeri poterunt casus euenire. Sed vt res exemplis comprobetur, nõ inoportunum existimo hoc in loco materiam ab historicis, tum Græcis, tum Latinis petere, à quibus facilè disci poterit, quantis fuerint in malis versati, qui in magnis rerum negotijs, in quibus oportebat consilia occultari, non ab ijs remedijs sibi cautionem quæsiuerunt, tum verò quanta cum dexteritate impunè res suas peregerunt, qui sibi præcauentes, ad eorum adminicula confugerant. Narrat itaq; Herodotus Histiæum ad Persas, qui Sardibus commorabantur, quique de rebellione antea secum fuerant collocuti, literas misisse, easque tabellario cuidam Hermippo Artaniteo dedisse, verum euenisse, vt is literas, non quibus destinabantur, sed Artapherni redderet, quo factum est, vt Artaphernes dimisso nuncio, & Persarum responso relato, omne proditionis consilium detexerit, & de Persis postmodum supplicium sumpserit. Idem fermè etiam Timoxeno Sicioneo contigit interceptis literis, quas ad Artabazum vulgatis characteribus scriptas dederat: siquidē conuenerat interutrũq; vt exiguus libellus telo suspensus ad constitutũ locũ emitteretur, cũ itaq; sagittam Timoxenus dirigeret, vt Artabazo ciuitatem oppugnanti insidias significaret, frustrante ictu, humerum cuiusdam Potidæatæ percussit, ad quem saucium, cum turba, vt assolet fieri, concurrisset, subito reuulsa sagitta, proditionis fraus detecta est, & grauiter in proditorem animaduersum. Nec minus Tito & Tyberio Bruti filijs non occultati consilij temeritas obfuit, quamuis culpa non in literis solum, sed in negotiorum etiam ostentatione videatur constitisse, postquam literæ, quas ad Tarquinios de consulibus trucidandis, deque vrbe capienda legatis dederant, detecta per seruum fraude, ad P. Valerij, qui & author publicæ libertatis fuerat, manus peruenerunt, si pectoris

enim arcanum inter animi potius septa simulatione, quàm in verborum & signorũ ostentatione posuissent,& literę ignotis characteribus fuissent exaratæ, neque fortasse euentus frustratus erat, neq; illi pœnas capitali supplicio luissẽt. Paulo verò consultior Suniator opibus inter Pœnos, authore Trogo, sua tempestate primarius, quamq; nec eius consiliũ comprobauit euentus. is enim cum aduersus Siculos à Carthaginensibus bellum inferretur, quod grauiter Annoni, qui exercitui præerat, esset infensus, literas ad Dionysium misit, non patrio, sed græco sermone perscriptas, quibus illi apparatum, aduentumq; exercitus, & ducis segnitiem indicabat. Verùm euenit, vt ab Annone græcæ linguæ non ignaro deprehensis literis & Carthaginem remissis, proditionis conuictus, capitali pœna plecteretur. Eadem fermè literarum temeritas effecit, vt non speratus euentus interimendi Macrini, sed Antonini cædes Macrini consilio patrata sequeretur: Refert itaq; Herodianus Maternianum, siue re vera id ex certis coniecturis aruspicum & vatum acceperit, siue Macrinum perosus scripserit, Antonino per literas nunciasse, vt Macrinum, qui imperio insidiaretur, de medio tolleret, verum redditis literis Antonini negligentia contigisse, vt ipse aurigandi studio intentus, literas Macrino legendas traderet, iubens vt si quid in ijs momenti esset, sibi postea renunciaret, is itaque percepto nuncio, qui ad suam perniciem tendebat, veritus Antonini sæuitiam, ne aliàs prius de ea re nuncius veniret, Martialem centurionem, qui fuerat à Principe iniurijs affectus, in eius necem destinauit, à quo paulo post pugione percussus & occisus est, quòd si literæ obscuriùs fuissent perscriptæ, Macrinus de re fortasse, quia non erat nihil veritus, nec epistolæ sententiam percipiens, Antonino literas reddidisset, eoque modo, neque nuncius in eum damnum vergisset, cui fuit alioquin vtilitatem allaturus. Huc spectat & Carthaginensium clades à Romanis Claudij ductu, quæ eadem negli-

negligentia literarum prouenit, illata. Is enim consul interceptis hostium literis, cum Asdrubalem appropinquare cognouisset, castris sub legati custodiam relictis cum exercitus parte Picenum & Senam peruenit, vbi cum altero collega iunctis copijs propè Metaurum flumen Asdrubalem adortus, tam secundo prælio conflixit, vt ad sexaginta sex hostium millia ea die cæsa referantur. Non dissimile est his, quod Commodo imperatori ab Herodiano eadem ex causa traditur euenisse: *hic enim cum in libello, quales de phylira fiunt, quos ea nocte mortis supplicio addixerat, designasset, eumque in cubiculo deposuisset, neminem illuc ingressurum ratus*, pusio quidam, qui illo delicatissimo erat oblectamento, inter balnea & crapulas occupato Commodo, cubiculum ingressus, sumptus in manus libellum, foras eduxit, qui cum forte in Martiæ amicæ manus incidisset, agnito illa Commodi scripto, vbi funesta contineri nouerat, ac se primam peti, Lætumque & Electum subsequi, multorum præterea futuram cædem, eos omnes conuocauit. hi veneno primum rem agere decernunt, verùm cum res ex voto minimè contigisset, in ipso postmodum cubiculo statim strangularunt, sic ille negligentiæ suæ pœnas dedit. Liquet ex his exemplis non parum scribentis, *& eius ad quem scribitur interesse arcana tuto literis committi, varij enim casus, diuersæque fortunæ solent contingere, quibus secreta consilia possunt in inimicorum notitiam peruenire*, eoque modo nec res suos sortiri effectus, nec earum authores impunitos euadere. Placet propterea tot exemplis postremum miri euentus adijcere, quotusenimquisq; existimasset tabellario, qui ad Dionysium proficiscebatur de Dione literas perferente, casum eiusmodi potuisse contingere? vt positas in sacculo literas, in quo & carnis frustum reponebatur, sopito tabellario per noctem *in sylua* carnis odore lupum inuitatum, literas simul cum

carne extraxisse, & mordicus asportasse, donec Dionis amici in ore lupi literas cognoscentes exciperent & legerent, remque omnem Dioni indicarent. Sed longum esset singula per immensum historiarum corpus diffusa exempla percensere, ex quibus clarum esse possit, quantum literas sine dolo scribentibus obfuerit, quantumque ex aduerso profuerit literas occultatas fuisse. Nobis verò, qui hæc scribimus sępenumero contingit in hoc amicis gratũ officium pręstare, dum interceptis huiusmodi dolosis literis, ijsque interpretatis, eos ab insidijs, quę parabãtur auertimus, alioquin facilè incurrissent.

Caput. V.

Diuisio furtiuarum notarum, & primo de vocalibus signis.

Quam vtilis, quamq; necessaria furtiuarum notarum ars semper extiterit, superiori sermone tradidimus, modos nunc occultè animum indicandi exponere, iam tempestiuum videtur. Sed vt quæ discreta sunt, facili ordinataq; serie procedant, primum omnium modorum furtim significãdi diuisionem statuemus, eamque sic in partes secabimus, vt sua cuiq; tractatio reddatur, & accommodetur. Furtim igitur animum indicandi modi, vel exaratis in charta characterum notis, vel signis effinguntur. Signorum nos in præsens tractationem aggrediemur, eorum præsertim, quę memoria suggerit, quod vbi absoluerimus, ad nouos diuersosque characteres effingendos secundo libro procedemus. Signa igitur infinitis propemodum modis, vel vt tempus locus & necessitas exiget, cõminisci possumus: ea Vegetius rei militaris author trifariam diuidit, cuius nos partitione contenti, ad eas partes omnia signa referemus, quæ quantum momenti ad rem militarem afferant, eius verba declarant. Nil magis (is ait) ad victoriam proficere, quàm monitis obtemperare signorum, cũ voce sola inter pugnantium tumultus, neq; quid faciendum, neq;

neq; a quo abstinendum sit, percipi possit. Antiquitus ergo gentium omnium vsu receptũ est, vt tribus signis, vocalibus nempe, semiuocalibus, & mutis in bello omnia significarent duces, quæ ille diuisis copijs cognosci iubet. His signis occultè animum cuiq; indicare possumus, quare furori simile esse videtur sibi aliquem persuadere, tam circumspectum hominem esse posse vt se à furtiuo quouis scripto, abditaque machinatione tueri possit, nam astãs quilibet, vel procul distans loquitur, & factum nunciat, vt non solum a nemine percipiatur, sed ne sic quidem significari quippiam posse qui videat, existimet. Sed nunc ad rem accedamus, & vocalia primum, mox reliqua signa prosequamur. Vocalia igitur signa dicuntur ea, quę voce efferuntur, eaq; multiplices occultę animi significationes exhibẽtur. Huius loci videntur esse schœmata, quibus sensus à proprio sermone, dum in occultiorem transfertur, obscurior fit, quæ quamuis propriè ad Rhetorem spectent, ea nos tamen non vt ab oratore tractantur, sed vt ad præsentem materiam pertinere videntur, indicabimus. Harum loquendi figurarum, & si complura genera esse nõ ignoro, vt ab Aristotele, Cicerone, & Fabio primarijs artis dicendi authoribus est traditum, eas tantũ nos solum attingemus, quę frequentius hac in re solent euenire. Omnium itaq; primum se offert ea transmutandi latini sermonis ratio, quam Græci metaphoram, Latini translationem vocant, ea quoties materia grauioribus postulat verbis exornari, oratores dignitatis causa vtuntur, vt cum ipsa pariter assurgat oratio. Verum nolunt huiusmodi figuras in oratione in longum duci, qui de ea facultate præcepta tradiderunt, contenti vt singularia verba translata solum suis locis tanquam gemmæ orationi aspergantur; nos verò, qui non ornatum orationis quęrimus, sed obscuritatem, vtpotè qui non ea audientem, vel legentem delectet, ambimus, sed vt in scripto vel sermone consilia tegantur intendimus, tam longas esse præcipimus, vt

vel tota oratio (nisi aliæ adhibeantur figuræ) in sola translatione consumetur. Metaphoricus siue translatus loquendi modus erit, vt si quis materia, de qua tractaturus est cum re alia collata, eius membra cum qua comparat, aptè ad rei partes exprimendas, de qua fit comparatio transportet; vt exempli causa, nauis cum castris comparata, pugna cum nauigatione, nautæ cum militibus, procellæ cum hostibus, magister cũ imperatore, clauis cum militari prudẽtia, portum cum victoria, naufragium cum captiuitate aptè cõnectantur, quare fingamus de castris vel de pugna sic velle nos dicere. Nos in castris sumus, & iam pugnam cum hoste committimus; sed maximo timore angimur, quod hostium vires, quæ iam fermè debilitatę videbantur, conualuerunt; satis itaq; firmis viribus indigemus: vt hostilem potentiam superemus; alium itaq; ad nos ducem, qui prudentior sit, nouumq; militum præsidium mitti oportet, alioquin facile erit, vt hostili manu oppressi superemur. Eam sententiam sic aptè per metaphoram exprimemus. Nos in naui sumus, & iam nauigationem suscepimus, verùm timore angimur, quòd procellæ, quas iam demitti putabamus, acrius vidẽtur sæuire, satis igitur cautos nos esse oportet, vt aduersam ventorum vim substinere possimus, alium itaq; ad nos magistrum, qui regendo clauo aptior sit, nouosq; nautas habeamus necesse est, si volumus in portum deferri incolumes, alioquin perfacile erit, vt procellarum tempestatibus superati, naufragium patiamur. Ad huius exemplar, qui hac figura, sui sensus occultãdi causa, vti voluerit, poterit suos sermones effingere. Non procul ab hoc loquendi modo μετωνυμία, vel hyppallage, est enim nominis pro nomine positio, vt pro eo, quod dicitur causa, ponatur per quam dicitur, eo modo Vulcanum pro igne, Venerem pro coitu, Liberum & Cererem pro vino & frugibus, Martem pro bello, & sic de reliquis ponimus: solet enim & hac figura non nihil sermo obscurari, vt non facile ab omnibus percipiatur.

Huic

Huic similis est Antonomasia, qua vtimur cum appellatiuum nomen, vice proprij excellentiæ causa, ponimus: vt si Poetam pro Virgilio, Philosophum pro Aristotele, Vrbem pro Roma nominemus. Ad hæc adijcitur ἀλλεγορία, quam inuersionem interpretamur, quæ fit cum aliud, quàm verba innuunt, significamus, ac etiam interim contrarium, dum res non exprimitur, sed quadam similitudine implicatur. Hæc figura quamuis cum metaphora quicquam commune habeat, eius tamen differens vsus esse solet. In metaphora enim vel vnum verbum satis est pro simili reponatur, quemadmodum oratores obseruant, non sic in allegoria, in qua verba omnia simul commutantur. Verùm quando nos in longum translationem duci volumus, hac perinde, vt illa vtemur, eademque fere apud nos allegoriæ erit ratio, quæ sit metaphoræ. Huiusmodi fuit priscorum philosophorum, & poetarum scribendi ratio, vtriq; enim sacra Naturæ mysteria & naturam excedentia tractaturi, ne sua sensa à prophanis violarentur, serio fabularum inuolucris, quasi quodam velamento obduxerunt. In hũc modum Mercurij, Orphei, Musæi, Lini vetustissimorum poetarum & interdum Platonis scripta esse censentur: imò verò etiam plures Platoni plerumq; allegoricum sensum exhibendum putant. Veluti illud est Timæi principio, *Phaetontem Solis filium fulmine terram exussisse, quod ab interpretibus exponitur, vastum cometam natura solarem intollerabiles æstus concitauisse, hoc modo multis in locis ille fabulatur, in quibus aliter sensus haberi debet, quàm verba videntur innuere:* fortè etiã incendia, quæ Moses diuinitus missa narrat. Hac ratione sunt interpretanda, quemadmodum apud Homerum, catena aurea; apud Maronem somni portæ, Iris Didoni capillũ soluens, Cerberus triceps, & quæcũq; de inferis ab illo cõficta sunt, allegoricos.n. habẽt sensus. Sic & sapiẽtes Chymistæ sua scripta hisce inuolucris contexerũt, veluti Hermetẽ, Gebrũ, Raymũdũ, & veteres omnes Pythagoricos allocutos

cuto scõperimus. Sed si dictum paulo obscuriùs, quàm allegoriam deceat, ænigma fiet, quod adeò intellectu difficile est, vt nõ nisi ab authore maximo cum labore possit sensus elici. In hunc modum obscurè dicta Gellius putat veteres scirpos appellasse. Horum exemplum illud afferam, quod a M. Varrone secundo libro de latino sermone ad Marcellum scriptum est, de TERMINO Deo, qui ne ipsi quidem Ioui cedere voluit. Verba sunt.

„ Semel minus ne, an bis minus sit, non sat scio.
„ An vtrunq; eorum, vt quondam audiui ipsi
„ Dicier Ioui Regi noluit concedere.

Sic Sphinx prætereuntibus de HOMINE ænigma proponebat in hanc sententiam, vt Ausonius ait.

„ Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes omnia solus.

Diogenes author est Cleobolum ænigmatum vatem extitisse, obscurasque sententias ad tria millia versuum perscripsisse, ex quibus vnum illud ex commentarijs Pamphilæ depromitur. In quo de ANNO ita scriptum est.

„ Est genitor, proles, cui sit bis sena, sed horum
„ Cuius triginta natæ, sed dispare forma.
„ Hæ niueis totæ, fuscis sed vultibus illæ,
„ Atq; immortales cum sint, morientur ad vnum.

Proponitur & apud Maronem in Bucolicis à Domœta Menalcæ dubium in hæc verba.

„ Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
„ Treis pateat cœli spacium non amplius vlnas?

Et à Menalca Domœtæ aliud in hunc modum.

„ Dic quibus in terris inscripti nomina regum
„ Nascantur flores, & Phyllida solus habeto?

Huc spectat & verbi ambiguitas, quæ Amphibolia dicitur, quæ fit, quoties verba duo vel plura habent significata. Chrysippus ambigua natura esse putat, quia ex eodem duo, vel plura accipi possunt. Huiusmodi schœma vel vocibus singulis accidit,

accidit, vel connexis. Singulis si idem verbum plura significabit, vt MALVS, nauis arborem, fructum, & eum, qui est improbus, potest significare. Accidere potest non modo integro verbo, verùm etiam diuiso, vt INGENS, vt duplex verbum esse possit, nomen, & præpositio. Euenit & connexioni verborum, eoque modo maior ambiguitas oriri solet, cuiusmodi est illud Apollinis Oraculo prolatum.

„ Aio te Æacida Romanos vincere posse.

& aliud.

„ Quinquaginta vbi erant, centum inde occidit Achilles.

Vnde per casus, per flexum & collocationem, aliasque species, quas proferri superuacuum est, ambiguitas poterit euenire. Potest esse & Amphibologia in obscuritate verborum, vt sensus occultetur, & oratio ænigmati ferè similis videatur, cuiusmodi sunt vatum, & poetarum scripta. Possem huc spectantia referre Oraculorum, & Sibyllarum vaticinia complura, quæ ancipites sensus maximè obscuros retinent, vt vix sensus elici possit. quem inmodum ædita sunt Apollinis responsa, quæ ab Herodoto recensentur, quo fit, vt prouerbio receptum sit, vt qui ita obscurè loquitur, Sibyllæ folium promere censeatur. Ænigmatibus etiam similia sunt Pythagoreorum symbola, vetustissimis enim Pythagoræ discipulis & *coæuis typo non vulgari neq; cõmuni dicendi mos fuit, propria enim dogmata inter se seruantes, nemini ea prodita volebant: siquidem præceptoris lege cautum erat*, vt si quis non per symbola differuisset, ridicula cuncta & anilia dicere censeretur. Sermones hos obscuros Iamblicus in eius vita, & Plutarchus in libro de liberis educandis & in conuiualibus quæstionibus exponit, cuiusmodi sunt, quos recensebimus.

„ Quæ nigrantes habent caudas gustari non oportere.

Quę verba Pythagorei interpretantur, cũ ijs hominibus consuetudinẽ ineundũ nõ esse, quos morũ deprauatio denigrat.

„ Et ignem ferro cædi minimè oportere.

Hoc est furentem irritandum non esse, non enim decet iram augeri, cum potius illi, dum intumescit cedendum sit. Sic

„ Ollæ vestigium ne obliteres.

Ollæ vestigium in cinere videtur, cinere vsus est pro puluere tabularum, vbi mathematicæ demonstrationes conficiebantur: quasi innuat, intellectualibus vti debere demonstrationibus, obliuisci enim corporeas & visibiles. Rursus.

„ Nihil educes, quod vnguibus instructum aduncis sit.

Vbi consulit homines benignos & dapsiles esse; non in retinendo tenaces, & reliqua quæ ab illo symbola perscripta sunt. Isque character apud Græcos & Ægytios occultandis diuinis & sacris aptissimus fuit. Socrates etiam apud Platonem admonet, rerum sacrarum mysteria velanda esse, vt à plecubulæ indignitate seperentur. Plato alibi consulit, indignum prorsus ac fœdum esse, rerum occultarũ mysteria populo aperiri, cum ab hominum genere illa pollutis manibus contrectentur, quę ab hominibus tantum philosophię sacris initiatis tractari fas sit. Quamobrem à Macrobio relatum est, Eleusinas Deas per somnum Numenio philosopho in lupanari prostitutas apparuisse, cum ille earum sacra interpretari ausus esset, ita vt etiam à vulgo noscerentur: Vnde ille suam culpam somnio admonitus, agnouit, cum percontanti causam, illæ irata fronte respondissent: Ab adyto veteris pudicitiæ abstractas, seque omnibus passim prostitutas eius culpa fuisse. Quod nec Hebræi in tractandis sacris legibus negligunt. Hactenus obscurandi sermonis modos edocuisse visi sumus, quamuis & alia schœmata, quæ ad eam rem facere possint, à rethoribus proponuntur, quæ nobis aliud agentibus prætermittere visum est. Verùm ne quid discẽtibus desideretur, quod ad sermonis obscuritatem faciat, alios obscurè loquendi modos obiter attingemus. Ad hoc igitur spectabit alieni idiomatis vsus, qui minime ijs cognitus sit, quibus rem nostram exploratam volumus, vt si latinus apud

latinos

latinos barbaro ſermone vtatur, & Italus hac tempeſtate Italis germanico, vel theutonico, ſeu gallico. Huiuſmodi Cæſar ad Ciceronem epiſtolam ſcripſit, non Romana lingua, ſed græca, ne ea, quæ ſcriberet, Gallis fortaſſe intercepta proderentur, quibus græcus ſermo minime erat cognitus. Identidem vt ſupra dictum eſt Suniator fecerat, qui & græco ſermone ad Dionyſium ſcribens, ne conſilium ſuum de proditione Chartaginenſibus pateret, epiſtolam concinnauit. Ex his ſcribendi emerſit ratio, cuius ſignificatio haberi non poteſt, niſi ſermo vnus in alium transferatur, eiuſmodi non nulla ſcripta oblata, amicis ſæpenumero rogantibus detexi. Exemplum apponemus, vt ſi aliquando inciderit, ita confictum eſſe non ignorent. Nos verba patrij ſermonis interciſa vel duplicata in latinum conuertimus, quæ priſtinæ linguæ reddita idem innuant, etiam permutata ſignificatione. De hac re quoniam minus aptè latinæ interpretationis exemplum efferri poteſt, non indicens erit, noſtri ſermonis thema proponere.

„ Paſſer mai ſolitario in alcun tetto.

„ Tranſibo ſed illi ſolita malus in aliquis, faſtigium.

Aliter quoq; literis & picturis rei ſenſum exprimimus, ſed quoniam latinum exemplum non ſuppetit, vulgare apponimus, ſi dicet quis SEMPRE VIVA nos ſemper viuum pingimus, videlicet magis ſedũ, quod vulgò SEMPRE VIVA dicitur, ſi autem CORE & SOL, nos cor pingimus, muſicisq́; rhombis, vel notulis appoſita claue, ſol, confingemus, & reliqua huiuſmodi, quæ quoniam apud vulgares circumferuntur, omittimus. Vſurpatur hac tempeſtate locutio circulatoribus, tabernarijs, latronibus, & qui rudes homines dolis circũueniunt, valde familiaris, qui quamplurimis vocabulis vtuntur, à communi loquendi vſu alienis, ne intelligantur, quæ ſibi magis propria eſſe exiſtiment: in hunc modum multos, & pueros & ſeruos loqui videmus, dum fraudes alicui nectere conantur, vt doli ſuſpicionem vix inferant.

Sunt & qui syllabas permutent, vt quæ vltima prima sit, & ex aduerso, vt si dicturi sint, HOSTIS ADEST CAVE TIBI dicant, STISHO ESTAD VECA BITI, vel aliter vtcunq; libuerit, transuertent. Aliter non nulli dum singulis syllabis inanes & inutiles interserunt, vti RAT, SIS vt idem dicturi dicant aliter, HORAT STISSIS, ADRAT ESTRAT CASIS VERAT TISIS BISIS. & aliæ huiusmodi loquendi formulæ, quas cum in infinitum possint euariari, vtpotè tractatu indignas, prætereundas ducimus. Sed de tali significandi modo, qui per vocem effertur, iam satis dictum videtur. Nunc ad reliqua signa transeamus.

CAPVT. VI.

Semiuocalia signa, quæ sint, & quomodo per ea animum indicare, & percipere possimus.

PROXIMVM est vt de semiuocalibus signis verba faciamus, quæ non parum ad rem nostram afferent adiumenti. Sic enim occultiùs, secretiusque rei conscijs proximè, vel longè distantibus animi concepta significabimus. Semiuocalia itaq; signa Vegetius nominat ea, quæ aliter, quàm voce emitti solent: nempe duorum corporum se complodentium ictu, vel flatus spiritu ad instrumentum immisso. Cuius generis sunt sonus campanæ, liræ, buccinæ, vel tormenti bellici, & reliqua id genus omnium signa, quę auribus percipiuntur. Possumus autem eiusmodi signis, non res ipsas modo, verùm etiam verba per literas, quibus illa constituuntur significare, vtpotè si pulsatuũ numeris suæ literę eo ordine, quo sunt dispositæ reddantur, hoc verò effici poterit quouis instrumento, quo res aptius possit indicari. Legitur patrum nostrorum memoria, obsessam Nouariam cum in dies magis ac magis rerum omnium inopia laboraret, tormentorum sclopis certo ordine & numero æditis, omnibus demum significationibus factis suprema rerum pericula amicis expressisse, & maturam

opem

opem exploraſſe, eoque inditio habito à ſocijs ciuitati fuiſſe ſubuentum. Sic amici carcere occluſi, nec multum diſtantes, plagis inter ſe tacitè loqui poſſunt, & exaudiri, noctù præcipuè, & ſi domus continua eſt, percuſſa enim parietis parte exiguo quouis ictu totus reſonat, ita vt qui aures muro admouerit, vel clauum fixum mordicus tenuerit etiam eminus, ritè plagarum numerum excipiet. Idem etiam præſtat & haſta, quamuis oblonga, ſi occluſis auribus mordicus teneatur, modo lyram tangat: ſic enim facilè fiet, vt qui ita haſtam teneat, emiſſum ſonum auribus percipiat. Ad hoc valent & parietibus ænea vaſa ſuſpenſa, & tympana ordine diſpoſita, vt *pendentia amicis* ad plagas reſonent. Tripho Alexandrinus architectus Vitruuio referēte hoſtibus in mœnia ingreſſis ea ratione patriæ periculum cauit, ſiquidem cum eorum irrumpentium vim per clamorem exaudiret, periclitanti vrbi aſtuto conſilio ſubuenit. Poterit & quiſq; lyram, aliudue id genus in manibus habens, nunc hypate, nunc perhypate, nunc nete, vel meſe pulſans, nunc diapaſon, diapente, vel diateſſaron abſoluens, donec alphabeti literas neceſſarias abſoluerit, aſtantibus omnibus amicum de re certiorem facere. De rerum ſignificatione, quæ non fit per literas ſuperfluum eſſe exiſtimo quicquam dicere, cum omnibus ſit exploratum *dari certarum rerum ſigna, quæ per ſonos intelligantur. Hoc de ſemiuocalibus ſignis dixiſſe ſufficiat.*

CAPVT. VII.

Muta ſigna, quæ ſint, & quomodo per illa quicquam ſignificare poſſimus, & primum de corporis motu.

SVPEREST de ſignis, quæ muta ſunt, ſermonem habere, hanc enim inſtituti noſtri tertiam partem initio conſtituimus. Siquidem ſum policitus vocalibus & ſemiuocalibus muta ſigna adijcere. Muta igitur ſigna appellamus, quòd

tacitè, & ſine voce vel ſono rerum admoneant ſignificationes, viſu vel tactu quodammodo excepta. Hæc itaq; rerum ſigna eſſe poſſunt in nutibus capitis, in frontis ſilentio, vultus compoſitione, manuum & pedum motionibus, totius deniq; corporis repræſentatione, rerum præterea motionibus, & demonſtrationibus. Nutus in mutis pro ſermone habetur, & ex eorum vultu, motuq́ue animorum perſpicitur voluntas, animalium enim voce carentium, ira, lætitia, alijq́; affectus oculis & quibuſdam alijs corporis ſignis exprimuntur. Nec mirum aliquibus videri debet, cum ita ijs, quæ cum aliquo poſita ſunt motu, tantum valeant, vt etiam animi voluntatem repræſentent, pictura enim tacens opus eſt, & eiuſdem ſemper habitus: ſic intimos tamen demonſtrat affectus vt ipſam vim dicendi nonnunquam ſuperare videatur. Huiuſmodi itaq; ſignorum, quoniam plura ſunt genera, quæ ſi in vnum colligenda eſſent, materia vt nimis longa, ſic magis confuſa videretur, eam iccirco capitibus diſtinguemus, quorum ordo ſuis locis indicabitur, ſed primùm de ſignis corporis loquamur: de capite igitur initium rectè auſpicabitur. Caput (vt Fabius inquit) deiectum humilitatem, ſupinum arrogãtiam, in latus inclinatum languorem, prædurum ac rigens feritatem quandam mentis oſtendit: Sunt quoq; annuendi, renuendi, confirmandi, ſunt & verecundiæ, metus, admirationis, & indignationis nutus. Vultu nunc ſupplices, nunc minaces, nunc blandos & mitos, nunc hilares & erectos, nunc ſummiſſos & triſtes oſtendimus, nunc amorem, nunc odium, quibus ſignis tacito quodam naturæ indicio internos affectus, & animi noſtri voluntatem alijs ſignificamus, quo fit, vt eo indicandi modo ſæpe pro verbis vtamur, vnde Ouidius.

„ Sæpe tacens vocem, verbaq́; vultus habet.

Sunt oculi, qui plurimum in ipſo vultu valent, & per eos maximè animus indicatur, vt citra motum & hilaritatem intumeſcant, & triſtitiæ nubilum oſtendant, horum lachrimis, & dolorem

dolorem & tristitiam monstrare possumus, & multis modis variantur in illis affectiones. Siquidem nunc motu intenti, nunc remissi, nunc superbi & torui, nunc hilares & mites, nunc asperi rigidi & extenti, nunc languidi stupidi & torpentes, nunc lasciui & mobiles, nunc natantes & voluptate affusi, nunc simi & venerei, poscentes aliquid & pollicentes, vt actus voluntatis exposcit. Supercilij quoq; variantur indicia, nunc enim erecto, nunc composito multa demonstrantur, nã oculos formant aliquatenus, & fronti imperant, cum contrahuntur tristitiam, cum adducuntur hilaritatem, cum remittuntur pudorẽ ostẽdunt. Sunt in his annuendi, & remittendi notæ, cũ remittuntur, & eleuantur. Ouidius hoc innuens, ait:

„ *Multa supercilio, multa loquare notis.*

In his, Plinius ait, animi partem consistere, fastus indicare, & superbia alibi conceptaculum, hic sedem habere: nil altius, nilùe simul abruptius inuenit in corpore, vbi solitaria esset. Sic supercilium attolli arrogantiam significat, adduci fastidium indicat, poni dicimus supercilium, cum à fastu recedimus, deniq; semper ipsum supercilium pro fastu & arrogantia ponitur: Vnde multa de supercilio prouerbia tracta sunt, ab ipsis Naturæ significationibus desumpta. Fronte enim multa præfigurantur, nam eam exporrigimus vel *explicamus cum hilarescimus, contrahimus autem cum ringimus, hoc est cum aliquid nobis molestum esse indicamus.* Hanc quoque *Plinius* tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, & *serenitatis indicem* nominat. Vnde Terentius in tristem.

„ Exporrige frontem.

Id est tristitiam dimitte. Genæ habent & quodam his deseruiens ministerium: nam sanguis ille, qui mẽtis habitu mouetur, cũ verecundia cutem accipit, effunditur in ruborem, cum metu refugit, pallore frigescit, & temperatus mediũ quoddã serenum efficit. Faciem vel genã perfricamus, cũ pudorẽ omnem deposuisse videri volumus, velut absterso pudore manu.

Hinc

Hinc euenit, vt effrontes vocemus inuerecundos, vnde prouerbio Frontem perfricare dicuntur, qui pudore carent. Naribus quoq; & labijs multa decenter ostendimus, nares corrugamus inflamus & mouemus. Diducimus labia & manibus resupinamus, porrigimus, scindimus, astringimus, & diducimus: vnde derisus, contemptus, & fastidium ijs significare solemus. Collum contrahitur & tenditur, sic & humeri: horum enim contractione breuiatur ceruix, vnde gestum humilem & seruilem faciunt, atq; eos in adulationis, admirationis, & metus habitum fingere possumus. Manus etiam vix dici potest quot motus habeant, nam & si cæteræ partes, vt rectè loquantur adiuuant, hæ ipsæ primum loquuntur. his poscimus, his pollicemur, vocamus, dimittimus, minamur, supplicamus, abhominamur, timemus, interrogamus, negamus, & annuimus: his gaudiũ, tristitiam, dubitationem, confessionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum & tempus ostendimus; eædem in demonstrandis locis, atq; personis aduerbiorum, atq; pronominum obtinent vicem, vt in tanta per omnes gentes nationesque linguarum diuersitate, hic mihi omniũ hominum communis sermo videatur. Contractis tribus digitis & pollice compressis, digito indice tantum explicato, in exprobando & indicando (vnde ei nomen est) valet: & alleuata ac spectante humerũ manu, paulum inclinatus affirmat: versus in terram & quasi pronus, vrget. Estque inuerecundiæ actioni aptissimus, quo quatuor primis leuiter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore, aut pectore fertur ad nos manus, deinde prona, aut paululum prolata laxatur. Binis digitis distinguimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intro spectantibus, nec illis quidem tensis, qui supra sunt. Parcè & timidè aliquid loquentibus sunt breues gestus illi, cum manus leuiter pendata, qualis fouentium est, paruis interuallis & sub assentientibus humeris mouetur. Admiratio conuenienti gestu illicò

mon-

monſtratur, quo manus modicè ſupinata, ac per ſingulos à minimo collecta digitos, redeunte flexu ſimul explicatur, atq; conuertitur. Approbare, narrare, diſtinguere, & aliquid ſignificare volenti, pollici proximum digitum mediumque, qua dexter eſt, vnguem pollici ſummo ſuo iungens, remiſſis cæteris aptè accommodatur. Dum leuiter admiramur, & interim ſubita indignatione paueſcimus & deprecamur, digitos cum ſummi coierunt, & ad os referimus. Cum manum comprimimus, & pectori admouemus, pœnitentiæ, vel iræ ſignum eſt. Auerſo pollice demonſtramus aliquid. Cum digitum medium oſtendimus, contemptum ſupremum ſignificamus, Diogenes hoſpitibus quibuſdam Demoſthenem videre vrgentibus, non indice digito, ſed medio porrecto demonſtrauit, prauum virum innuens & effœminatum. Sic porrectione digiti medij quippiam obſcœnum ſignificari innuit, cum ait inſanos haberi, qui medium digitum porrigant. Vnde Iuuenalis.

„ Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet vnguem.

Sunt & geſtus alij, videlicet aliqua poſcentes, vel minantes, præſertim ſi prius conſcium amicum feceris, quæ omnia proſequi propè infinitum videtur. De nutibus & ſignis, quæ in vultu exprimuntur, meminit Ouidius puellam admonens, quomodo animum expreſſura, & ſecum præſente viro tacè locutura ſit.

Cùm premet ille torum, vultu comes ipſa modeſto
Ibis: vt accumbes, clàm mihi tange pedem.
Me ſpecta, nutuſque meos, vultumque loquacem:
Excipe furtiuas, & refer ipſa notas.
Verba ſupercilijs ſine voce loquentia dicam:
Verba leges digitis, verba notata mero.
Cùm tibi ſucurret Veneris laſciuia noſtræ,
Purpureas tenero pollice tange genas.
Si quid erit, de me tacita quod mente loquaris,

Pendeat extrema mollis ab aure manus.
Cùm tibi, quæ faciam, mea lux, dicamùe placebunt,
Verſetur digitis anulus vſq; tuis.
Tange manu menſam, tangunt quo more precantes.
Optabis meritò, cùm mala multa viro.

Digitorum motibus non ſolum res ſignificare, ſed etiam literas, quibus verba colliguntur, poſſumus. Quod ne præſens caput longius protrahatur in ſequens ſubijciemus.

CAPVT. VIII.

Multa tacitis ambagibus poſſe indicari.

INTER cætera, quæ facilè innumera excogitari poſſunt, muta ſigna quædam noua recenſere non pigebit; vt talium exemplorum ſimilitudine, reliqua quiſq; poſſit comminiſci. ex quibus illud eſt, quod à Tarquinio factum proditur. Legitur itaque apud Liuium Tarquinij miſſum ſine voce nuncium à filio interpretatum, fuit autem illud eiuſmodi. Tarquinius Tarquinij filius Gabiorum principes interimendos ſibi in animum inducens, cùm eos virtute expugnare nequiret, aſtum viribus potiorem in hunc modum excogitauit. Ad Gabios ſe contulit, parentiſque ſimulatam ſæuitiam conqueſtus, tanquam è patrijs telis elapſus & gladijs, nihil ſe vſquam inueniſſe tutum, niſi apud hoſtes refert, ab eiſque opem aduerſus patrem implorat: Verborum calliditate Gabinis ita perſuaſit, vt acerrimũ in eius patrem odium alerent: fictis itaq; & compoſitis blanditijs, adeò ſibi primatum beneuolentiam conciliauit, vt potentia apud eos plurimum valeret. Paucis itaq; poſt diebus Romam hominem patrem ſciſcitatum miſit, quidnam ſibi eſſet faciendum, is nuncij fidem veritus, nemini conſilium proditum volens, ſenili calliditate in hunc modum ſine voce reſpondit. In hortũ ergo ædium tranſit, & inambulans æditiſſima papauerum capita

pita vita decussit, tum ea demonstratione facta, nuncium dimisit, hic domum reuersus, nullum sibi responsum factum refert, verùm quod viderat, factum nunciat: adolescens dato signo, sanguinariũ patris responsum tacitis ambagibus percepit: Sic patris consilium secutus, Gabinorũ primores criminatus, aut exilio submouit, aut morte mulctauit. Huic simile est, quod Herodotus tradit de Periandro Gypseli filio, qui cum præconem ad Thrasibulum misisset rogatum, qua ratione rebus tuto constitutis, ciuitatem optimè gubernaret, nullo dato vocali responso ex ijs, quæ sibi visa per nuncium relata sunt (siquidem Thrasibulus satum ingressus editiores & super alias eminẽtes spicas resecauit, donec totam segetẽ æquaret) quid esset faciendum, ex Thrasibuli sententia percepit, & executus est. Legimus & Dario Persarum Regi à Scythis obsessis caduceatorem cum muneribus, aue, rana, mure, & sagittis quinq; missum, quibus vt Gobria interprete significatum fuit, Persas nisi vt aues effecti in cœlum euolassent, aut perinde vt ranæ in paludes prosiluissent, aut velut mures sub terram se abdidissent, Scytharum vim nequaq̃ euasuros, quin sagittis obruerentur. Pari argumento Alexãder lectis ab Ephestione Olympiadis literis, ne quod ijs scriptum erat cuiquam is postea temerè referret, quasi sigillo obsignaret, modestè taciteq̃; anulo eius ori admoto, silentium indicauit. Non alienum prorsus ab hoc loco esse videtur recensere, quod de Tamerlano Scytharum imperatore patrũ nostrorũ memoria ab historicis est proditum, quamuis res nõ sit adeò obscuris ambagibus inuoluta. Hic quidem, ne diu in debellandis hostibus laboraret, numerosissimo fretus exercitu, vt populis, quos obsidebat, deditionem non in tertium diem differendam significaret, triplici tentorio vtebatur, primo die album tentorium ostentabat, vt intelligerent obsessi, si se dederent, rem pacificè cum illis agendam, altero nigrum tendebat, quo animaduersum volebat, iam ira commotum

Tamerlanum esse, vt si in posterum diem deditio differretur, iam non pace, sed sanguine & ciuium incendijs ageretur, quod tertio rubro tentorio postridie indicabat.

CAPVT. IX.

Per notas Hieroglyphicas, atq; per rerum animaliumque figuras tacitè sermonem exprimi posse.

POSSVMVS etiam commodè aliter sine loquela per rerum animaliumque figuras, quod voluerimus indicare, quæ singula interdum verba, nonnunquam integros sensus significabunt: sic vetustissimos Ægyptios scripsisse comperimus, qui cognita omnium animalium natura, ex peculiari earum qualitate illorum imaginibus res ipsas repræsentabant, vnde illorum naturam exploratam habere oportebat, quorum conditionem, quæ essent exprimenda, aliquo pacto imitari viderentur. Hoc erit exemplum: Vt si ingratũ quempiam in eos, qui de se bene meriti sunt, significatum velimus, columbam depingemus, eius enim conditio, quamuis bilis expers sit in vniuersa animantium peste, ab huius tamen morbi contagio non vacat, vt in parentes ingratitudinis nota infamis esse non debeat, quippe cum simul ac mas viribus firmior euasit, patrem à matris consortio pugna expellit, vt cum ea mox ipse coniugio misceatur. Sic & Hippotami, *id est* fluuialis equi, geminos vngues depingendo iniquitatem & ingratitudinem notabimus: hoc enim animal cum per ætatis florem licuerit, patrem viribus experitur, quem si pugna superarit ac sibi cedere agnouerit, vita tantum concessa, patrem à matris coniungio arcet, quam sibi postea matrimonio coniungit, quod si victus pater minus permiserit cum matre concumbere, tum eum filius viribus & robore nixus impatienter interimit. Vnde illud videtur emanasse, vt in Regum sceptris superius ciconia, inferius Hippotamus pingeretur, sic

sic enim innuebatur vim iustitiæ parere, siquidem ciconia æquitatis ac pietatis symbolum, Hippotamus verò iniquitatis signum est. Sic Ægyptij pro mundo serpentem reuolutum in caudam os habentem, eamque corrodentem ad exprimendam formam depingunt, & annum per solem & lunam, qui tempus metiuntur, mensem per ramum, Deum per accipitrem indicant, & pro fato sydus, pro Luna & æquinoctijs cynocephalum, pro animi præstantia leonem, pro corde Ibim, & pro rerum vicissitudine phœnicēm delineant, sic & per Scarabœum draconem aliaq; animalia (vt Manethus autor est *in naturalium* epithome, & Hecatheus libro primo *de philosophia*) reliquarum rerum Ægyptij significationem præbent. Ratio quare huiusmodi notas illi excogitassent, fuit, quemadmodum dictum est, ne indignis hominibus doctorum sensa proderentur, sic enim vulgaribus hominum ingenijs rerum intellectum vario rerum tegmine, operimentoque subtrahebant, ne nuda apertaq; rerum expositio pateret, sed velut fabulosa tractarentur, vt quo magis ridicula viderentur, eo magis ipsa mysteria figurarum nubilo operirentur, at summatibus viris sapientia interprete nuda rerum talium se natura præberet, ac veri arcani conscij redderentur. De his extat Ori Apollinis liber de sacris & mysticis *Ægyptiorum cælaturis inscriptus, & Petri Valeriani recens super eodem argumento liber æditus. Huc referri possunt insignia, & demonstrationum commenta*, quibus sępe parietes, peristromata, lacunaria, fores, & clypei ornantur, equitum etiam capita dum hasta concurritur in festiuis ludis solet insigniri, vulgus cimeros, Alciatos vocat Emblemata, hæc enim tacitis rerum demonstrationibus quicquid velint exprimunt, quæ communisci mos est eos, qui familiæ suæ originem volunt præclaro aliquo facinore honestare, vel aliter alicuius rei significationem edere, quam tacitè cognitam velint. Amphiaraum Thebano bello in clypeo draconem pictū gestasse

narrat Pyndarus. Statius Capaneum hydrum, Polinicem verò Sphingem. Plutarchus quoq; Pompeium magnum ensiferum leonem pro insignibus depictũ habuisse, huiusmodi veterum imperatorum numismata celaturas non paucas retinent. In Titi Vespasiani numismate Delphinus in anchora inuolutus spectatur, quasi innuat tardè properandum, neq; vbi præsertim temporis maturitate opus est, rem esse nimia festinatione intercidendam, neq; multa cunctatione in moras protrahendam, sed maturè seruata temporis mediocritate peragendam. Symboli congrua ratio est: per delphinum siquidem festinatio designatur. hic enim piscis omnium non modo piscium, verùm etiam animantium velocissimè fertur, vt Aristoteles & plures testantur, per anchoram ex aduerso retentus, cursus mora intimatur, velocitas itaq; delphini anchoræ firmitate cohibetur, & anchoræ rursus mora delphini pernicitate moderatè excitatur. Eiusdẽ rei pari ratione Echeneis piscis missili telo contorta monumentum dabit, velocitatem telum exprimit, tarditatem remora indicabit, vtriusq; indicio velocitas cum tarditate designabitur, quarum altera, cum alterius adminiculo coniuncta non parum in rebus agendis afferunt emolumenti. Romanis præterea mos fuit, vexillis, quæ ad bella gerebant Minotaurum depingere, ratio erat, vt quemadmodum Dedalus obscuris illum labirinthi ambagibus inclusisset, ita omnes sibi ducum consilia custodienda, & prodita authori obesse intelligerent. Vnde eius rei argumentum tali emblemate notabatur.

Verùm eiusmodi rerum commenta, non obscurè nimis tractari oportet, ne Apolline interprete semper indigeant, sed vt interdum etiam infimæ plebeculæ expositæ esse possint, Vnde picturæ sæpe verba ad interpretanda adiungi solent, ne nimis spectatorum intelligendi auiditatem picturæ obscuritas remoretur. huius loci sunt, quæ à Iouio in libellõ de insignibus tactantur.

CAP-

CAPVT X.

Noctu igne, interdiu verò puluere posse significari.

RESTAT nunc vt modum indicemus ecquid noctu igne & interdiu puluere rerum nostrarum edere significationem possimus, neq; enim hoc occultandi genus parum vtilitatis in se continet, hac enim tempestate ad aliquid eminus significandum socij de rebus incidentibus indicium prębent. Id autem duplici ratione potest euenire, siquidem vel *igne aliquid* ex improuiso amicis conscijs demõstramus, vel quoties libuerit, etiam si nulla præcesserit rei significandæ notitia, facum numeris literas ad res denotandas oportunas ostendimus, vt longè videntes numeros annotantes nunciata sentiant. De primo modo legitur Medeam si Peliam occidisset, Argonautis promisisse è specula se noctu igne, die verò fumo illud nunciaturam, res itaq;, cum ex voto succesisset, lunæ votum persoluere simulantem, igne facto, accensis lampadibus sub dio è fastigio, vt erat pollicita, significationem dedisse, taliq́ue nuncio excepto, Argonautas regiam inuasisse, occisisq; custodibus voti illam compotem effectam. *Legitur & Magam occupato Parætonio, vt facem amicam sub vespera, atque iterum summo mane eandem tollerent, cum speculatoribus composuisse, eaq́ue ratione significationem factam esse, vt nuncius eo vsq;, vbi Clius est, processerit.* Amicis etiam extra ciuitatem degentibus, redditus, & annonæ qualitas prodente igne potest nunciari. Constat hac arte Annibalem (vt à Polybio proditum est) cum Agrigẽtini à Romanis obsiderentur, multis crebrisq; per noctem ignibus, intollerabilem exercitus famem indicasse, eaq; de causa multos ex socijs annonę penuria ad hostes defeciisse. Cum Sinone etiã Argiui pepigerunt, noctu, Troianis somno solutis

ſolutis ad Troiam accedentes face venientis claſſis ſignum daturos, vt eo accepto nuncio, Sinon equi laxatis clauſtris milites incluſos exponere. Vnde Maro.

„ flammas, cum regia puppis
„ Extulerat, fatisque Deum defenſus iniquis
„ Incluſos vtero Danaos, & pinea furtim
„ Laxat clauſtra Sinon.

Fuit & veteribus mos, qui etiamnum permanet, vt amicis extra ciuitatem commorantibus, fumo redditus, aliudùe ſignificaretur, vnde factum eſt, vt Amilcaris dolo Agrigentini inter inimicos perſequendum longius ab vrbe diſtracti in inſidiaria loca coniectis hoſtibus, inſenſaq; ſylua magnam cladempaterentur: ij ſiquidem fumo, quem à mœnibus ſurgere exiſtimabant, rati ſe à domeſticis reuocari, cum ſe conuerſo curſu ab vrbem reciperent, Amilcare duce inſequentibus, Pœnis, qui prius fugerant, trucidati ſunt. Poſſunt & ſi quid neceſſarium vrgeat, facum indicio literæ demonſtrari, quod à Polybio in codicibus manuſcriptis eſt traditum, eiuſmodi vſus vtilis multum eſſe poteſt, & hoc ſignificandi remedium obſeſſæ vrbes, villæ, & arces, amantes etiam, vt tutius res ſuas nuncient, habebunt. Edendi ſigna, vel turrium faſtigia, aliaùe editiora huiuſmodi loca, vt faces proſpici poſſint, commodum præſtabunt. Scriptum itaq; præ manibus habeatur, quod amicis nunciari oporteat, literæ deinde bifariam ſeu trifariam diuidantur, vt vndenæ vel ſeptenæ cuiuſq; partis ſint: Si erunt ſeptenę tum primæ ſingulis, alteræ binis, tertiæ ternis facibus demonſtrentur. Poteſt & quadrifariam literarum numerus diuidi, vt libuerit: verùm in earum oſtenſione, motus varietatem attendere debemus, nam vna ſemel erecta, vel oſtenſa A demonſtrabit, eadem bis B, ter C, ſic ſepties poſtremam primi ordinis G: Poſtmodum binæ ſemel H, totidem bis I, ter L indicabunt, ſic & de reliquis eiuſdem ordinis: Tum Q ternis ſemel, R ijſdem bis, demum

mum S ter totidem intimabitur. Quòd si in quatuor ordines alphabetum partiri velimus, vltimus quaternis facibus indicabitur, tum cuiusque ordinis numerus minuendus sit, & ordo aliter distribuendus: ratio autem, quæ dicta est seruabitur, tunc conscij & facum numeros, & vices, quot illæ fuerint ostensæ, accuratè excipient, eaque ratione vel facilè significata percipient. In hunc modum mulier é specula, quæ amantis cubiculum spectat, ternis luminibus quinquies ostensis, mox binis bis, tum ternis bis: Rursùs verò vno semel, eodem quater, & postmodum quinquies, ternis deinde ter, postremo totidem quater, VIR ADEST, significabit. Sed hoc etiam aliter fieri potest multisque modis, quorum duos tantum, qui potiores sunt, recensebimus. Sit itaq; primus huiusmodi, vt quid facilius ostendatur. Alphabeti literæ quatuor in partes disgregentur, vt inferiori patet tabella.

ordines.

numeri ordinum	1	2	3	4
1	a	f	m	r
2	b	g	n	s
3	c	h	o	t
4	d	i	p	u
5	e	l	q	z

Nouem itaque faces haberi oportet, quatuor à dextris, à sinistris quinque disponantur, quaternarius numerus sectionum ordines, quinarius verò literarum cuiusq; ordinis indicabit, sic viginti notæ erunt, quę minus necessariæ sunt omittantur. Literas igitur demonstranti, vtrinq; faces attolli oportet, à dextris & à sinistris, vt si A velit ostendere, vnam à dextra facem

cem ordinem literæ, alteram à læua numerum, in quo litera collocatur, designantem erigat, sic etiam si B, vnam à dextra, à læua duas. Si C vnam item à dextra, tres à sinistra, & in reliquis eodem modo. Exemplum tale erit, vt si mulierem idem hoc modo significare velimus, quatuor primum à dextra faces, totidem à sinistra, duas deinde a dextra, quatuor à sinistra, tum quatuor à dextra, vnam à sinistra attolli oportet. Rursus vnam à dextra, aliam à sinistra, iterum vnam à dextra, quatuor à sinistra, tertio quoq; vnam à dextra, quinq; à sinistra, quatuor deinde à dextra, duas à sinistra, sic & postremo quatuor à dextra, tres à sinistra, eaque ratione VR ADEST significabit. Possumus & aliter vitandæ confusionis gratia omnes alphabeti literas bis ternis facibus in hunc modum demonstrare. Duo statuantur locorum fastigia, quæ ex æquo sibi alphabeti notas partiantur, vt vndenas singula pronuncient, ternæ cum singulis adhibeantur faces, quarum vnaquæq; quaternas literas enunciet, quæ pro motus qualitate distinguentur. Tres autem characterum statuantur ordines, primum ordinem fax vna significabit, secundum binæ, tertium ternę: fax verò tertiæ, ternas tantum notas demonstrabit, eoque modo numerus duarum & viginti literarum exprimetur. Motuum diferimina, quibus cuiusq; ordinis notæ demonstrentur, tali modo confingemus. Erecta fax A, depressa B, in dextrum declinata C, in sinistrum D significabit: quaternas alias eodem modo indicabimus. Sic & tertias, vt binæ sursum erectæ E literam designent, summissæ F, & sic de reliquis, & rursus tertiæ sublatæ I, depressæ L literam indicabunt. Idem fiet in vndenis alijs alio de loco demonstrandis.

CAP-

CAPVT. XI.

De computo & loquela per digitorum gestum, quo maiores supputarint, & in cautè loquendo vsi sint.

NVNC per digitorũ flexũ computandi loquendiq; morem ex maiorum nostrorum vsu libet hoc loco demonstrare, vt ad ea perdiscenda, aliaq; denuo reperienda prõptiora spectantium ingenia reddantur. Legimus apud Plutarchum Orontem Artaxersis Persæ Regis generum, cum se a socero inhonoratum & contemptum animaduerteret solitũ dicere, principum familiares computorum digitis similes videri: Quemadmodum enim computando nunc myriada gestu conficere possunt, nunc verò monada, pariter & regũ amici modo plurimum pollent, modo verò minimum, & omnibus derisui esse solent. Ad hoc facit, quod est à Plinio etiam de digitis numeros significantibus memoriæ proditũ. Ianum à Numa Rege dicatum digitis ita figuratis effictum stetisse, vt trecentorũ sexaginta quinq; dierũ nota per similitudinẽ temporis & æui se Deũ indicaret, quod est à Macrobio quoq; annotatũ in Saturnalibus. Nos igitur de tali cõputo & loquela id demõstrabimus, quod doctissimus Beda literis mandauit. Monada igitur digitorũ computator significaturus minimũ lęuæ digitũ inflectens arctum in medium palmæ figat. Simili modo si duo velit indicare, à minimo secundũ ibidem imponat. Si tria tertium. Si quatuor itidẽ minimũ eleuet. Si quinq; secundũ à minimo similiter erigat. Si sex tertiũ nihilominus solo, qui medius appellatur, volæ medio apposito attollat. Et minimũ super palmæ radicẽ cęteris erectis imponat, si septẽ. Iuxta quem octo significanti medius apponatur. Nouẽ vero si impudicum è regione componet indicabit. Decem si indicis vnguem in medio pollicis arctum infiget. Viginti si impudici apicem inter nodos indicis, & pollicis arctè apponet. Triginta si indicis & pollicis vngues mutuo coniũget ample-

„ xu: Vnde Hieronymus ait, trigenarium numerum ad nup-
„ tias referri, nam & ipsa digitorum coniunctio: quasi molli
„ osculo complexans se & fęderans, maritum pingit & coniu
„ gem. Idq; Apuleius in oratione pro Magia his verbis insi-
„ nuat. Si triginta annos per decem dixisses, posses videri pro
„ computationis gestu errasse, quos circulare debueras, digi-
„ tos aperuisse. Quadraginta verò si interiora pollicis dorso indicis super inducatur. Item quinquaginta si pollex curuatus instar græcæ literæ Γ ad palmam inclinetur. Et sexaginta si idem digitus itidem curuatus indice circumflexo diligenter à fronte præcingatur. Ideo hunc numerum ad viduas Hieronymus referri dixit, quod in angustijs & calamitate positus esse videatur, dum pollex à superiori digito deprimitur. Septuaginta quoq; si pollex in longum extensus indicem supra circumflexum adimpleat, vngue illius dumtaxat erecto trans medium indicis arctum. Octoginta quoq; si index vt supra circumflexus pollice in longũ tenso impleatur, vngue videlicet illius in medium indicis arctum admoto. Nonaginta etiam si indicis inflexi vnguis radici erecti pollicis infigatur. Numerum verò centenarium, qui voluerit indicare, in dextrum, transferat, ijsdem vtendo digitis, quibus in lęua ad decem vsq; ad centũ vsus est. Proinde Nicearchus facetè in vetulam nimio plus viuacem, quæ annorum ætate etiam ceruos superabat, ita ludit, vt iterum iam dextra annos scribat.

„ Ηφαὸς ἀθρήσας ἐλαφὸν πλέον ἠχρι λαιή.
„ τῆρας ἀρθμεισαι δεντέρον ἀρξαμενη.

& Iuuenalis.

„ Atque suos iam dextra computet annos

Idem sacræ paginæ interpres centenarium numerum ad virginitatem refert, nam in læua nuptæ & viduæ notabantur. Ducenta igitur expressurus eadem ratione vtetur, qua ad viginti significandum vsus est. Sic & de reliquis sentiendum est

numeris

numeris vltra centenarium nonaginta, vt eodem procedatur ordine, quem ad decem vsq; ad nonaginta seruari debere diximus. Deinde mille etiam in dextra, eo modo, quo vnum in læua designabitur. Et deinceps bis mille in eadem quemadmodum duo in læua, sic & in reliquis numeris multiplicato millinario statuetur: donec ad nouem millia perueniatur, quo cum ventum sit, tum myriada (quo nomine decem millia designantur) læua medio pectori in supinum admota indicabit, digitis tantum in altum erectis. Quod si viginti millia eadem expansa. Si verò triginta millia eadem prona sed erecta, & pollice medij pectoris chartilagini apposito denotabit. Sic quadraginta millia si eandem in vmbilicum erectam supinabit, exprimetur. Et postmodum quinquaginta si eiusdem prona sed erecta pollicem vmbilico imponet. Sexaginta deinde millia eadem prona læuum fœmur desuper comprehendet, denotabit. Mox septuaginta millia si supina fœmori superponetur. Octoginta de hinc millia si eadē prona fœmori superponetur. Tum nonaginta millia si lumbos pollice ad inguina conuerso comprehendet. At centum millia, & de hinc ducenta, vsq; ad noningenta millia eodem, quo diximus ordine in dextra corporis parte notabuntur. Sed decies centena millia ambæ manus complicatæ in rectis inuicem digitis indicabunt. *Hic est veterum computandi mos; & inde prouenit, quod apud scriptores legenti sæpè fit obuiam, vt in digitos mittere, pro eo eleganter etiam dicatur, quod est accuratè numerare.* Diximus de supputandi modo, qui per digitos solet indicari, superest nunc de loquendi ordine, qui per digitos etiam tradi potest, aliquid dicere. Prima igitur alphabeti nota eodem modo, quo vnum digito demonstrari diximus designabitur. Secundo eo etiam modo, quo duo, sic & tertia ea ratione, qua tria: sic deinceps vsq; ad alteram & vigesimam, quæ alphabeti postrema est, per suum vnoquoq; elemento numerum denotato: eo ordine, quo in

alphabeto illud disposítum sit. Huiusmodi digitorum flexu, & gesticulationum solertiæ amans puellæ, cuius amore deperit, coram eius parentibus huiusmodi dìgitorum indicio sic loquitur. Primo tria, inde vnũ, mox vndeuiginti, postmodum quinq; ostendit. Rursus vnum diuisim, deinde sex, postea sexdecim, inde vnũ, tum duodeuiginti, postmodũ sexdecim, postremo quinq; indicat, taliq; ordine CAVE A FRATRE insinuat. Huiusmodi notarum amantium Ouidius meminit.

„ Nil opus ost digitis per quos arcana loquaris
& alibi
„ Nec in digitis litera nulla fuit.

Huc refertur quod ab Ennio in quandam impudicã dicitur, cuius nulla pars corporis ab impudico munere vacaret. „ Quasi in choro pila ludens, datatim dat se se, & commu-
„ nem facit, alium tenet, alijs nutat, alibi manus est occupa-
„ ta, alijs peruellit pedem, alijs dat anulum expectandum à
„ labris, alium inuocat, cum alio cantat, attamen alijs dat di-
„ gito literas. & Solomon ad idem. Annuit oculo, terit pede,
„ digito loquitur. Verum idẽ alia ratione haberi potest, vt ea quis facilius promptiusq; loqui discat, in greco alphabeto velit idem facere. Græci siquidem non quemadmodum latini paucis ad exprimendos numeros literis vtuntur & geminatis. Sed vniuerso alphabeto singulis notis quoslibet numeros indicant. Sunt & alij aliter digitorum indicio sermonem fingentes, quod faciunt, dum corporis eas partes ostendunt, vel digitis contingunt, ad quas scribendas primum literæ exiguntur, quas rei nostræ exprimendæ, necessarias esse cognoscimus, donec totum id quod velimus expressum sit. Exemplum erit, vt si A indicare statuimus, Aures contingamus, similiter si B Barbam indicemus, sic Caput pro C, & de reliquis huiusmodi, vt Dentes, Epar, Frontem, Guttur, Humeros, Ilia, Linguam, Manum, Nasum, Oculos, Palatum, Quinque digitos, Renes, Supercilia, Tempora, & Ventrem ostendimus

dimus pro ijs literis demonstrandis, quæ ijs inscribendis primæ requiruntur. Potest & similiter scribi, vt scriptum occultetur, id fiet si clanculum, velut aliud agenti vino, vel alia quauis materia ad rem apta literæ ad id, quod volumus exprimendum, necessariæ protrahantur. Docet hoc Naso.

Hinc tibi multa licet sermone latentia recto
Dicere, quæ dici sentiat illa sibi.
Blanditiasque leues tenui præscribere vino
Vt dominam in mensa se legat illa suam.

& Tibullus.

Neu te decipiat nutu, digitoque liquorem
Ne trahat, & mensæ ducat in orbe notas.

Huiusmodi Paris Helenæ amoris sui significationem daturus, Menelao coram vino literas protrahit, vnde ipsa queritur in epistolis.

Orbe quoq; in mensæ legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera facit AMO.
Credere me tamen hoc, oculo renuente negaui.
Hei mihi, iam didici sic quoq; posse loqui.

Sed quis modorum omnium meminisse potest, cum infiniti ferè sint, vt hominum excogitantium ingenia? Neq; enim sanæ mentis existimo, in hoc serio tempus conterere. Sed redeamus ad rem, longius fortasse digressi sumus.

CAPVT. XII.

De literis clandestinis ex veterum scriptis.

QVONIAM igitur eo paulatim ventum est, vt de ijs signis meminerimus, quę scripto nostra consilia occultant, qui characteres appellantur, proximum est, vt eorum obscuritatem duplici modo partiamur.

Scripti itaque obscuritas, aut ex literarum perplexitate,

aut

aut ex alia scribendi ratione proueniet, de characterum inuolucris secundo libro tractabitur: nunc de obscuritate, quæ à scribendi modo inducitur, verba faciamus. Non inutile igitur videtur fore rationem tradere, qua sic scribi possit, vt nemini scriptum, nisi cum voluerimus possit agnosci. Sed quia nonnulla veterum in hũc modum cõmenta ab historicis memorię prodita sunt, eorum prius in ea re vsum prosequamur. Testis est Gellius in libris noctium Atticarum Lacedęmonas cum ad imperatores suos scriberent, ne literæ interceptæ occulta hostibus consilia indicarent, hoc scripti genus ex industria excogitasse, quamuis alij eius rei commentum ad Archimedem Syracusanum referant. Surculi duo teretes longiusculi, & torno perpoliti æquabantur, vt par vtriq; longitudo & latitudo esset, eorum alter imperatori ad bellum proficiscenti dabatur, alter domi penes magistratus diligenter seruabatur, quoties itaque vsus necessitas incidebat, pagina, quanta rei satis erat, surculo circumuoluta, vt rotundum volumen efficeret, & oræ bene adiunctæ in modum lori aptè ligno cohærerent, ne rimæ interponerentur, tum in chartam sic circũuolutam literæ à summo capite per transuersum ad imum in eo loro inscribebantur. Perscriptum inde lorũ surculo prolixum, & angustum eximebatur, & ad imperatorem dabatur, existimabant enim si in hostium manus illud forte interceptum incidisset, truncatas literas, syllabas, dictioneśque, & eorum partes longè distractas intuentes scriptum nequaquam percepturos, nec spem frustrabatur euentus, quoties enim illud in hostes incidebat, nihil in loro scriptum poterant coniectari, sed velut inconditè & frustra scriptum dimittebant, is verò, cui illud destinabatur, applicato loro, in eumque modum circumuoluta, quo antea fuerat, cum scriberetur, ita vt continuata scripti series sequeretur, nuncium agnoscebat. Huiusmodi scriptum σκυτάλην Græcè appellabant. In hunc modũ scriptam epistolam Lisandro ad Hellespontũ allatam

Plutar-

Plutarchus author est. Alium quoq; ad hanc rem astum in veteri historia ab incerto Pœno, alioquin illustri, vt refert Gellius, excogitatum legimus. Herodotus tum idem à Demarato factum meminit. Is vt ille refert, Susis commorans, cum Xersem aduersus Græciam expeditionẽ sumere statuentem accepisset, eam rem censuit Græcis nunciandam: sed occupatis per custodies itineribus, cum res aliter fieri nequiret, ne nuncius interceptus deprehendetur, rem in hunc modum comminiscitur. Pugillaria noua accepit non dum cæra illita, inde literis in ligno exaratis regis consilium prodit, tabulam deinde, vt mos erat, cæra colliniuit, ne scriptura detecta sibi quid negotij apud viarum custodes exhiberet, eamq; tabellam veluti scripto vacuam domestico seruo perferendam tradidit, verùm nulla prius commenti significatione facta, Lacedæmones, cum quid ea perlata sibi vellet, nequirent interpretari, nihil scriptum intuentes, verùm rem (vt erat) non frustra factam suspicantes, Cleomenis (vt ego accipio) filia, eademque Leonidæ Gorgo vxori, detracta è pugillaribus cæra, nuncium accêpere. Ex huiusmodi pugillaribus cæra illitis, in quibus scribi mos erat, literæ ethymon datum Grammatici asseuerant, quod à litura literæ nomen deductum putent, quod à veteribus incæratis hoc modo tabulis scribi soleret, & scriptum postea deleri. Fuit & alia imperscrutabilis techna barbarico astu digna, cuius Herodotus sub persona Histiei authoris meminit. Is imperante Dario in terra Asia non ignobili loco natus, cum in Perside apud regem ageret, & Aristagoræ, vt ab eo deficeret, vellet furtiuo scripto nunciare, veritus, ne si non accuratè nuncium misisset, res prodita maximum sibi periculum afferret, huiusmodi astum comminiscitur. Seruo suo diu oculorum ægritudine laboranti capillum ex capite, tanquam medicari voluisset, deradit, & eius capiti leui attramento literarum formas impressit, quibus id ipsum, quod nunciare in animum induxerat, scrip-

tum erat, secum deinde, donec capilli renascerentur, domi retinet, quod vbi factum est: illum ad Aristagoram dimittit, iubens cum ad eum veniisset, illum admoneret, vt quemadmodum ille nuper fecerat, sibi caput deraderet, seruus cũ ad Miletum ad Aristagoram veniisset, domini iussus memor, Aristagoræ rem significat, ille rem frustra non fore (vt erat) ratus, commissum exequitur, sic nuncium percepit.

CAPVT. XIII.

Furtiuæ literarum notæ, quibus maiores in scribendo vsi sint.

EXPOSITIS ijs, quæ de characteribus, qui sine artificio cerni non possunt, proximum est de ijs verba facere, quæ per se sub visum cadent, alioquin technis impliciti. Sed quoniam hac in re non nullos prisci modos inuenerunt, qui multum à nostri temporis dolis & inuolucris differunt, veterum primum huiusmodi scribendi rationem prosequemur, occultos mox nostri temporis scribendi modos in secundum librum differemus. Maiores itaq; cum res, vel tempus obscuritatem exigeret, varijs in scribendo ambagibus vsi sunt: testes sunt Suetonius & Gellius, qui hac scribendi ratione C. Cæsarem in epistolis ad C. Oppium, Cornelium Balbum, Ciceronem, & cæteros familiares, qui res eius domesticas, vt absentes curabant, vsum esse meminerunt. Occultè scribendi modus hic erat, vt literarum potestas commutaretur, & primas literas quarta quæq; succedens indicaret, quo fiebat, vt scriptum sæpissimè sine coagmentis syllabarum componeretur, ita vt inconditè literas positas putes, inter eos verò interpretandi clandestinum commercium erat: Res exemplo dilucidior fiet. Pro A litera D ponebatur, E pro B, F pro C, & de reliquis in hunc modum, sic in legendo sonus cuiq; suus, & potestas reddebatur, & occultè

cultè scriptum legebatur. Extat de hoc scribendi modo Probi grammatici satis curiosus commentarius, in quo de occulta literarum significatione à C. Cæsare scriptarum pertractatur. Aliter verò literarum potestatem Augustus commutabat, cuius extat scriptum ad filium huiusmodi. Quia innumera incidunt assidue, quę scribere alterutrum & secreta esse oporteat, habeamus inter nos notas si vis tales, vt quicquid scribendum sit, pro vnaquaq; litera, succedentem scribamus hoc modo, vt pro A ponamus B, & C pro B, & de reliquis in hunc modum, & pro Z duplex A A, vt à nouissima ad primam duplicatam redeamus: hic fuit Augusto scriptum obscurandi modus. Aliter Cicero, (vt aliquibus videtur) qui instar dictionarij librum conscripsit, in quo singulis verbis singulas notas, quibus illa significarentur præfixit, tantaq; erat notarum & verborum copia, vt quæcunq; latino sermone scribi possent, suis notis exprimerẽtur. Vnde character hic M MVNDVM significãbat, hic M MODVM, hic ij HOMINEM, & hic ⊦ TEMPVS, alius in hunc modum h' SYLLABAM, alius verò sic ↄ ACCOMMODABAT, huius generis reliqua erant, quæ in eo libro commentus ille fuit, quibus pro exprimendis occultè animi concepta vterentur, nec defuerunt, ex priscis autoribus, qui pro notis verba scriberent.

CAPVT. XIIII.

Antiquorum scribendi modos nostra tempestate vanos & inutiles esse.

HÆc prisci commenta ad scriptum obuelandum inuenerunt, verùm vt de ijs verba faciamus à schythala initium auspicabimur. Quotus igitur quisque nostra tempestate erit, qui maximis & arduis in rebus, quæ desiderant occultari, capitis sui & fortunarum discrimen

in scythale securitatem reponendum tutò existimabit, quin potius à quouis vel minimum curioso id genus scripti artificium censeat facilè posse deprehẽdi? quis autem rursus nõ intelligat, non alia ratione illud, quàm in eũ modũ, quo scriptũ fuit cõpositum, debere interpretari? in ligno verò cum scriberetur circumuolutum non agnoscat, quòd si digitis vel surculo æquatæ crassitudinis complicetur, quis non videat iterum coeuntibus partibus statim facillimè scriptum aperiri? Iam verò quàm vanum in pugillaribus scriptũ sit, videamus. Ego quidem meo iudicio existimo in hunc modũ molestius esse scribere, quàm cuiquam, qui vel mediocris iudicij sit, latens scriptum indagare, parumq; conferre hanc scribendi rationem nostra ætate fuisse sublatam, vt eo minus occulta fraus prodi possit, siquidem etiam si nulla prisci moris notitia haberetur, certè rem ipsam suspicio detegeret. Sed neq; illud satis tutum esse potest, vt derasis capillis capiti inscribantur literæ, siquidem sudore, cui caput est obnoxium, facilè possunt aboleri, quod si acu etiam cutis perforetur, ne hoc quidem satis ad suspicionem sufficiet, si is, qui inscriptionem gerit intercipitur, tum enim diligentissima fit inquisitio, metus & necessitas vigilantiam præstant, nec prius satis sibi factum putant, quàm cuncta penitus, quibus veritas eruatur, exquisierint, nunc pollicitationibus quæruntur illicia, nunc minis terror incutitur, quod si hæc parum profint, supplicijs & tormentis res agitur, at si ne hoc quidem prodest, ne interim literæ furtim perferantur, non solum calligæ & soleæ perquiri solent, vestes eximi, & suturæ dissolui, sed ne à vesceribus quidem perscrutandis abstineatur, tantum abest, vt illi ab inquisitione intactum caput relinquant. Sed hactenus de huiusmodi literarum velamento, nunc ad notas, quibus ijdem vsi sunt, verba conuertamus, de quibus ne sermo nimis in longum in re ludicra protrahatur, nil est, quod dicam, nisi vanissimas esse, quæq; vel à pueris possint facilè agnosci, obseruata enim

characterum potestate, qui sæpius repetuntur, nemo est quin videat, parum conferre ad scripti obscuritatem characterum potestatem immutari, neq; solum potestatem, sed etiam figuram, siquidem ne latens scriptum mentis inquisitione eruatur, parui videtur referre characterem vel barbaricum esse, vel aliam quamuis formam pro charactere depingi, modó compertum sit, quo sermone charta concinnetur, isque sermo interceptori minimè obscurus existat. Sed vt de Ciceronis inuento loquamur, quis eius laborem in eiusmodi notis perquirendis citra nauseam subibit, vt tot sibi characteres effingat, quot rebus singulis, quæ vsu venire possunt, vt singuli aptentur sufficiant, quibus quamuis tuto scribi possit, quomodo tamen paucis diebus, ne dicam horis idem conscius interpretabitur, qui hunc verborum indicem retineat? Abeant igitur cum sua vetustate tam copiosa veterum commenta, nos animi occulta consilia scripto commissuri, nequaquam ijs tutos existimabimus, longe alios astus, longeq; aliam vafritiem hæc ætas videtur exposcere, in qua vel infantes non dum verba balbutire cognouimus, cum subdolæ mentis quædam signa, veluti malitiæ primitias ingerunt, quasi à nutricis vberibus simul cum lacte illam suxisse, ne dicam à matris vtero contraxisse videantur, quare in vsum, qui velint hęc admittant, nos certè sicubi res occultissimas necessario latebras exposcit, pro rerum occasione, illis nequaquam vitæ & fortunarum discrimen committendum ducimus, nisi res minoris esse videatur, vt in re occultanda nimis laboremus, cuiusmodi igitur ad hæc astus ætas nostra protulerit, nunc in medium proferamus.

CAPVT XV.

Furtiuas literarum notas fieri, quæ cerni non possunt, tum earum ratio & vsus.

DIXIMVS, quæ ad scriptum sic operiendum, vt locus, in quo facta sit inscriptio, scriptum occultet, commenta priscorum ætas induxit, nunc inuisibiles scribendi modos, quos corũ vice nostra solertius indagauit videamus. Scribendi modum inuisibilem nuncupamus, quod nisi ratio adhibeatur, qua scriptum indicetur, characteres intuentis omnino visum effugient, ita vt is, cui scriptum destinatur, notas exponendi modum ab eo, qui scripsit præcognitum habere oporteat. Porrò hoc scripti genere, quoniam multum habet obscuritatis, in maximi momenti rebus, quas non parum interfit occultari, potius quàm quouis alio vti expediet, præsertim si sub eo scripti etiam perplexitas occultetur, quare ne quid omissum videatur, quod ad præsentem materiam possit pertinere, ea de re aliquot modos præscribemus, quos è nostris naturalis Magiæ antea exprimento comprobatos, huc transtulimus, nihil enim ibi commissum est, quod verum antea non indicasset euentus, quos repetere hoc loco non inoportunum videtur, quorum quamuis aliqui etiam lippis & tonsoribvs noti sint, eos tamen exigente materia non prꝛteribimus. Fiunt itaq; literꝛ, quæ interdiu deliteſcant, noctu verò luminis abſceſſu vel tenebris conſpicuæ fiant, quarum ſcribendarum ratio eſt huiuſmodi: Nitedulæ capiantur, ex quibus humor ſtillatorijs vaſis accuratius extrahatur, quemadmodum in Magia docuimus, tum ea ex aqua graphicè ſupra chartam notæ exarentur, qua in re ſi ſeduli fuerimus, nequaquam interdiu characteres apparebunt, noctu verò igneo colore nitentes videbuntur. Alij verò ſecus ſalicis corruptum aqua lignum diſtillant,

distillant, & extracto liquore characteres describunt: licet hic scribendi modus à subtilitate potius, quàm à facilitate & vtilitate commendandus sit, neque enim sine fastidio sic res perfici potest, & facilè fit, vt opus laborem frustretur, nam si ab intercipiente igni exponitur, statim scriptum detegitur. Possumus verò aliter consequi, vt in alba charta, aliauè corporis parte inscriptæ notæ deliteſcant, & cum opus fuerit detegantur: Super brachium vel dorsum, aliudue membrum aceto vel vrina clanculum fiat inscriptio, eaque exiccetur, vt ne vestigia quidem appareant: Vt verò scriptum exponatur, fuligo vel combusta papyrus exteratur, *sic enim literæ internitebunt*. Vel aliter si adipe vel sepo, *alioùè pingui*, vel gummi delineentur notæ, & carbo*nis inde*, vel combustæ chartæ pollis inspergatur, vt detegat. Hoc fortasse astu (vt Polyœnus græcus ait) Attalus victimæ inscriptione impressa vsus est, hic enim vt suos milites ad fortiter agendum cum Gallis hostibus, qui multo plures erant, impelleret, non parum referre arbitratus, si eorum animis indubitatæ victoriæ fiduciam proponeret, ludicram rem, alioquin vtilem, huiusmodi cum sacrificaturo vate comminiscitur. Ante conflictus diem victoriam parat, tum Sudinus vates sacra faciens, deos precatus libat, & *victimam dissecat, at Rex contrito gummi in dextram manum inscribit* Regis Victoria, *inscriptionem hanc à dextris ad sinistra producens*, cumque *viscera extrahentur*, manum in calidiorem ac fungosum *locum supponit*, abstergitque inscriptionem. Sed vates reliquas partes percurrens, & sua munera obiens, conuertit particulam, qua inscriptio continebatur huiusmodi, Regis victoria, hæc res vulgata ingenti cum militum gaudio, plausuque excepta est, vt alacriores, promptioresque ad pugnam animos indicarent, sic quasi non dubiæ spe victoriæ adducti, ac pollicito numine freti,

ti, acriter pugnantes Gallos ſuperarunt. Sed ad rem redeamus. Id etiam præſtabit *lac ficulneum*, ſi eo alba charta deſcribatur, & poſtmodum ab amico ſcriptum carbonis pollinè inſperſo confricetur, & detergatur: fit enim vt literæ ſtatim nigreſcant. Ad id etiam confert (vt Plinius refert) tithymali lac ad deſignãdas notas, & ſuper illud inſperſus cinis ad detegendas, eoque modo multi, vt ille teſtatur, adulteras alloqui maluere, quàm codicillis. Confirmat hoc Ouidius admouens in arte amandi puellam, quemadmodum cum amantibus tutò per ſcriptum colloquatur.

Tuta quoq; eſt, fallitque oculos è lacte recenti
Littera, carbonis puluere tange, leges.
Fallet & humidili, quæ fiet acumine lini,
Et feret occultas pura tabella notas.

Literæ autem, quæ igne conſpicuæ fiunt, quamuis ferè vulgatum ſit, quemadmodum efficiantur, earum tamen rationẽ hic tradere non videtur abſurdum. Epiſtola ab eius rei, quæ ſcribitur, ſuſpicione prorſus aliena ſumatur, tum omiſſis ſpacijs minimè neceſſarijs, literæ, ſyllabæ, & dictiones oportunè humenti ſucco citrij, vel medici mali, vel cæpæ, vel omnium ferè acrium ſucco iterum declineentur, nam ſiccato humore inconſpicuæ fiunt, & eæ tantum, quas ſolum atramentum delineauit, apparebunt, cæteræ deliteſcent, ita, vt qui legat tabellam, inutiliter ſcriptam & vanam opinetur: at ſi pagina igni admota incaluerit, literarum rurſus lineamenta clariſſimè indicabit. Eſt & ſalis genus, quod ammoniacum vocant, hoc contuſum, & aquæ immixtum literas quidem ſcribenti albas reddit, quæque cum papyro colore vix internoſcantur: verùm ſi admoueantur igni, nigræ apparebunt. Succus autem ceraſorum ſi calamo adhibeatur, viridi colore, ſi cyclamino, ruffo literas deſignabit: ſic varij fructuum ſucci, varios quoq; igne colores indicabunt. Hac ratione acceptis, remiſſiſque amatorijs tabellis, puellæ amantes ſæpe paren-

parentum custodiam frustrantur. Fiunt quoq; characteres, qui non nisi combusta papyro interniteant: Modus talis est: Literæ gummi, vel quouis salis genere, vel calce in papyro producantur, quæ cum per ignem apparere nequeant, combusta denigrataque statim papyro characteres albicant. Fieri quoq; possunt literę, quę nisi charta aquis mergatur, legi non possint, eas delineandi modus talis est: Alumen aqua dissoluitur, eoque dissoluto characteres describuntur, qui cum siccescunt, conspici desinunt, vt verò legi possint, charta aquis immergitur, sic immersa characteres conspicuos reddit. Idem etiam aliter fit: In vitreis Chymistarum vasis è calcantho humor distillatur, eoque in papyro characteres formantur, & sic fallent intuitum: Vt verò cerni possint in omphacitis gallæ aquam charta, vel in vinum, in quo ea inferuerit, mergitur. Vt verò alibi magis quàm in charta scribi possit, hoc modo scriptum fiet, quod lactis candorem imitabitur: Lithargiris primo teritur, tritus in fictile, vbi sit aqua aceto commixta immittitur, & decoquitur, & per colum traijcitur, mox seruatur, tum in limonis citrigeri succo in lapide, vel aliqua corporis parte, vel alibi exarantur notæ, illæ siccato humore minime apparebunt, sed vt legi possint, ea lithargiri aqua madefactæ, conspicientur lactis candorem imitari. Potest etiam epistola hoc modo concinnari, vt ea, quæ volumus latere medijs interuersus, qui cernuntur spacijs scripta delitescant, cumque opus sit, aboletis, quæ prius apparebant, cerni possint: Modus hic erit: Stillatitio calcanthi liquore (vel affusa in illud feruenti aqua, dum illud solutum fatiscat) super papyrum arcana literarum lineamenta designentur, cum arefactæ sint, illicò celantur, cæterum vt inane scriptum deleatur, hac ratione fiet. Combusta palea, vel salicis carbones super porphyreticum marmor triturentur, tum omphacite galla in alba vino decoquatur, sicque eo humore in spongiam attracto, vernaculus color ater obliteratus

delitescet, pristinus verò, qui delituerat, refricatus apparebit. Fiet idem, si commune atramentum tantum aqua diluatur, quantum illa occultandis literarum lineamentis satis sit, eoque modo totum id, quod volumus latere, describatur, tum atramentum ex carbonis, salicis, vel paleę combustę polline paretur, eoque super albicans scriptum inania, quæ velimus describantur, huiusmodi atramentum parum aut nihil à vero differt colore: cæterum vt arcanum scriptum legi possit, vino in eadem galla decocto, spongia pagina detergitur, sic quod prius apparebat scriptum, delitescet, quod verò cerni non poterat, indicabitur. Verum si libuerit characteres sic designare, vt nisi lumen vel syderis vel candelæ interponatur, cerni non possint, in hunc modum fiet: Cerussa aliusue color gummi liquefacto immiscebitur, ex eaque immixtione materia chartæ concolor parabitur, vt nihil ab ea discernatur, tum qui nuncium sit excepturus, charta oculis & lumini interposita, subobscuras characterum formulas cõspiciet: fit enim ratione optices, vt ea materia parum densa, dum opposita externo lumini, impedit, quo minus vlteriores radij ad intuitum nostrum perueniant, conspicuam nobis lineamentorum vmbram efficiat. Fieri etiam potest, vt nigra charta albos characteres conspicuos reddat: Ratio est hæc: Oui luteum albumenque commiscentur, vt instar scriptorij atramenti liquescat, eo liquore literarum figuræ in papyro protrahuntur & exiccantur, tum super exiccatam chartam color ater inducitur, eaque iterum exiccata mittitur, verùm vt literæ conspici possint, lato ferro chartæ superficies eraditur, sic enim fiet, vt sublato inde atramento, vbi literæ erant, earum albi coloris signa conspiciantur. Maximè quoq; tutum fuerit ouo literas inscribere, quod sua non carebit fallacia: Alumen ex galla tunduntur, pollis aceto immiscetur, donec atramenti instar liquescat, hoc modo parato liquore characteres super oui cortice designantur, & exiccantur:

exiccantur: inde muriæ vel acri aceto imponitur illud, vbi cum quadriduum permanserit, postmodum eximitur, & exiccatur, ad amicum mittitur, tunc enim literæ amplius foris non apparent: Vt verò is scriptum legat, igni illud admouebit, & tostum emundabit, sic intus characterum signa conspiciet. Fit idem alia ratione: Cæra ouum circumlinitur, in eaque stylo ferreo literæ delineantur ad corticem, tum humore ex aceto, & gallis comparato fatiscentes rimæ complentur, & exiccantur: per diem subinde ouum in aceto seruatur, mox ablata cæra ad conscium mittitur, at ille eo decocto & mundato, in peruio cortice & duro albumini impressos characteres inueniet. Sed quoniam ea, quæ obscuras characterum notas præcedere visa sunt, ad iustam metam produximus: proximum est, vt hoc clauso volumine, instantia, quæ nostri muneris magis propria sunt, secundo libro prosequamur.

FINIS PRIMI LIBRI.

IOAN. BAPTISTÆ PORTÆ NEAPOLITANI DE FVRTIVIS LITERARVM NOTIS.

LIBER SECVNDVS.

PROEMIVM.

QVID olim notæ & quorsum a maioribus earum vsus inductus sit, primo volumine indicauimus. Proximum nunc est occultè scribendi, ijsque vtendi modos: vt tutò epistolis arcana committantur, tum ne illæ intercipiantur prosequamur. Huius voluminis materiam quatuor in partes diuidemus, eos primùm modos, qui artificiosa legentes simulatione deludent indicabimus: notarum deinde inuolucra, quę non nisi magno cum labore interpretari possint suggeremus: mox ea prosequemur, quæ tanta doli perplexitate inuoluuntur, vt ne Oedipi quidem conatus non frustrentur: tum ad ea procedemus, quæ non modo perueſtigari nequeant, verùm etiam nullam doli, aut rei sub adulterinis literis contentæ, suspicionem relinquant: sed vt alterius propositi scriptum negligendum præbeant. Verùm dicet aliquis, quorsum in re tam friuola tantum laboris impendium? quotus enim quisq; tam rudis & obesi ingenij erit, qui in his componendis, postquam huic negotio aliquandiu operam dederit, peritus nõ euadat, vt adeffingendos id genus nouos & diuersos scribendi modos sine magistro facilè idoneus non existat? qui præterea tam multi esse poterunt, vt ijs, neq; volumen capiendis, neq; quisq; percensendis satis esse videatur? Non diffiteor nouas posse horum characterum figuras ex arbitrio quemlibet confingere, verùm non omnes eiusmodi erunt,

erunt, vt & scribenti & interpretanti nauseam non pariant, at qui nos eos modos tradere conati sumus, quorum præter multiplices literarum characteres in omni feré scribendi ratione, cum facilis erit vsus, tum verò facilior exemplum habentibus ad percipiendum interpretatio, eo enim penitus sublato, omnino perdifficile erit, vt scriptum legi posse nullo planè modo videatur. Sed quoniam innumeris penè modis hæ scribendi rationes possunt variari, nos ex ijs aliquas, quæ insigniores visæ sunt, attigisse satis erit, ad quarum exemplaria quiuis nouas & præstantiores poterit comminisci. Sed ne longius sermo protrahatur, ad eas præceptiones oportunum fuerit accedere.

CAPVT. I.

Quid sit furtiuis literarum notis scribere.

NIL aliud furtiuis literarum notis animi sensa committere appellamus (quod in hoc volumine præcipuum intendimus) quàm eo scribendi vti artificio, vt quod per epistolam nunciare velimus, ita occultemus, vt non alia ratione, quàm ea, quæ à nobis inducta est possit interpretari, quo fit, vt huiusmodi scriptum nemini nisi amico, cui res nostras percipi volumus, facilè cognoscatur. Huius verò artificij tria potissimum sunt genera, tria enim præcipuè accidunt literæ, ordo, figura, & potestas: quare alia scribendi ratio ordinis permutatione obscuratur, vt si ROMA pro eo quod est AMOR scribatur. Alia figuræ commutatione, vt si pro formis nostrarum literarum quiduis aliud ex arbitrio depingatur, & sua quęq; literę potestas forma exprimatur. In hunc modũ Esdras scriba & iuris peritus (vt Hieronymus in libri Regum præfatione testatur) cum eum librum scriberet, in quo leges continebantur, nouis characteribus vsus est, qui postea à Iudæis vsu recepti, omnibus temporum successione per-

ſpicui facti ſunt, vt non alius apud Hebræos characteris vſus etiamnum perduret, quàm eorum, qui tunc nuper reperti, erant obſcuri. Alia permutata figurarum poteſtate obſcurior redditur, vt ſi pro vna Tyriorum litera, alia Palamedis, & pro Palamedis vna Simonidis Melici pariter alia reponatur, vel ex aduerſo: Nam ſi veterum monumentis fides habenda eſt, Tyrij apud Græcos literas induxerũt numero ſexdecim, poſt hunc Palamedes quatuor, demum Simonides totidem adiũxiſſe traditur, ita vt omnes quatuor & viginti numerum abſoluant. Hæc ſunt præcipua occultè ſcribendi genera, verùm ex ijs multæ ſpecies emanant, quæ pro diuerſa eorum compoſitione variantur, nam & ordinis tranſpoſitio, figuræ forma, & poteſtatis functio multiplex eſſe poteſt, & ea ſimul poſita diuerſiſſimam obſcurandi ſcripti perplexitatem efficiunt, vnde tam multa, diuerſaque eſſe poſſunt genera, quàm varia excogitantium in omni tempore ingenia. Sed hæc ſuis locis inter legendum fient clariora, quare velle hic ea percenſere, abſurdum eſſe exiſtimo. Nunc ad reliqua tranſeamus.

CAPVT. II.

Quod per literarum tranſpoſitionem occultè ſcribi poſſit.

VT igitur ad occultè ſcribendi modos accedamus, ratio poſcit, vt ab ordinis tranſpoſitione, & in hoc genere à ſimpliciſſimis & ſcriptu facillimis exordiamur, initijs enim ſimpliciora magis conuenire videntur, talique ordine omnes ad diſciplinas commodius prouehimur, vt primum cognitu facilia, mox aliquanto difficiliora, & minus ſimplicia diſcamus. Quare inter cæteros talis ſcripturæ modos, qui ab huius rei non ignaris circumferuntur, hic primum occurrit, qui eo artificio contegitur, vt literæ certo ordine ſeruato, in ſcripto tranſponantur. Huius generis duplex

ratio

ratio esse potest, altera erit, quæ suspicione prorsus carere videbitur, altera, quę licet suspicionem afferat, se tamen sua obscuritate tuebitur, nisi nimis curiosus interceptor, obseruato literarum ordine, quomodo literarum nexus transferatur deprehendat. Prioris modi ratio hæc est. Proposito primum vestræ sententiæ exemplo, vt tutius scribatur, duæ statim lineæ capiantur, in quibus literæ collocentur, prima tum litera in superiori versu, proxima in inferiori, rursus tertia in superiori, quarta item in inferiori alternatis vicibus reponatur, quoad tota spacia literis compleantur, mox ijs perfectis binæ aliæ sumantur lineæ, quæ pari modo literis occupentur, donec totus sensus expleatur, quo fiet, vt binæ extremæ lineæ aliquando ambæ dimidiatæ remaneant. Hæc sententia notata primum nostris characteribus subijciatur exemplo.

TVI PRIDEM ARDENTISSIMO AMORE INCENSVS SVM, VERVM SIGNIFICATIONEM ADHVC NVLLAM DEDI, HABITA RATIONE VERECVNDIÆ TVÆ, ET PARENTVM, QVARE NISI AMANTI SVBVENTVM SIT, TVA VICTVS SÆVITIA COGAR VITAM DIMITTERE.

Hæc verba si ad eam formam scripto committenda sint, transposito literarum ordine tale scriptum indicabit.

t i r d m r e t s i o m r i c n u s m, e ù s g r i a i n m d u n
u p i e a d n i s m a o e n e s s u u r m i n f c t o e a h c u
l a d d h b t r t o e e e u d æ u e p r n u q a e i i m n i u u
l m e i, a i a a i n u r c n i t æ, t a e t m, u r n s a a t s b e
n u s t, u u c u s u t a o a u t m i i t r
t m i t a i t s æ i i c g r i a d m t e e.

Sed perplexius & inuolutum magis scriptum erit, si numerus versuum adhuc duplicabitur, vt quatuor primum lineis constitutis, literæ eo ordine collocentur, vt prima primi

versus

versus initio, proxima quarti, tertia in fine primi, quarta in fine postremi, quinta deinde initio secundi versus, sexta initio tertij, septima in calce secundi, octaua demum in calce tertij disponatur, & idem postmodum ordo seruetur, vt subiecto exemplo res clarius suggeretur.

t m s r u ù i m l h t e u n e n n u i i u e u o b a d a s s i i r i
r e o c m g i u d t e d p q i u s t u m a r æ e r d n n i e n m t d
i n a e u n o c e a u i a u a b i t e a r e t r a i u e f r s o i e
u a s e s m c a l a i c æ t n t t m s s m t n n i m h t i u n m d p
u s o m r i a u u
c t u i t t a u
t i i t e a c s
a æ g d e m r i i

Sic variata semper literarum transpositione, complures inuolutos scribendi modos nanciscemur, quos poterit quisq; suo more inducere, nobis enim hæc attingere videtur satis. Fiet etiam aliter, vt eæ literæ in principio & medio tantum designato ordine, vel principio & fine tantum, vel in principio medio & fine simul collocentur: non tamen facilè erit ad hoc significantes semper dictiones suppetere, atqui quoties id commodè fieri non poterit, nõ ab re erit, tale scriptum componere, vt nullum verbum, quod aliquid significet contineat, vt alienus interpres ignoti idiomatis opinione ambiguus teneatur, quod & si suspicione non carebit, artificij tamen nequaquam admonebitur, præsertim si epistola græci, vel barbari alicuius sermonis, cuius cognitio interceptori futura non sit, sonum imitetur. Exemplum subscripti thematis subijciam, vbi significantes literæ in initio, medio, & fine collocantur.

CVM DIVTIVS INTER NEAPOLITANOS ET HOSTES PVGNATVM ESSET, SPE OMNI SE ABDICARE COACTI, RETRO ABIERVNT.

Cheurim

Cheurim drisu trasiberu sin thimelior nieba perosil iutla nos eliteteblah orset ersip, vlogeon, astiu mes ssett stepole olmin irsilesonimie asbid ica, rec ostaric tir estur oab imenr vrnot.

CAPVT. III.

Occulta literarum transpositione aliter sine suspicione interpretem deludi posse.

PROXIMVM nunc est alios occultos scribendi modos, qui quodam verborum velamento obducti, interpretem artificiosa simulatione deludent, quod ad hanc partem videtur spectare prosequamur. Huiusmodi sunt lepida non nulla epigrammata, aliaque poetarum carmina, quæ lectores dulci quodam artificio deludunt, quæ ne quid prætream, quod ad rem facere posse videatur apponam: nam & hæc suum dolum habent, vt cum amicis liceat suauiter interdum sic iocari, & interpretem velata verborum imagine ambiguum detinere, quod iucunda vrbanitate non carebit. Ad hanc rem nullæ afferri certę præceptiones possunt, sed authorum exempla satis erit afferre, vt si quis in hanc formam ludere velit, ea imitetur, potest enim sibi quisq; multiplicem sic iocandi rationem ex arbitrio confingere. In hunc modum amicus ad amicum scribendo iocatur.

En tibi mitto caput Veneris, ventremque diAnæ
Latronis caput, & posteriora canE.

Quibus versibus salutationem mitti significatur per verbum VALE, cuius scribendi literæ primæ, mediæ, & vltimæ in dictionibus Veneris, diAnæ, Latronis, & canE requiruntur. Est & nonnullorum labor huiusmodi versuum capitibus literas præfigere, quæ sententiam absoluant. Talia sunt Erytreæ Sybillæ, quæ græcè de venturo Christo circumferuntur carmina, quorum sentẽtia latinè, ijsdem nume-

ris ea ratione seruata, vtcunque fieri poterit, sic expressa est.

„ Iudicij signum tellus sudore madescet,
„ E cœlo rex aduenier per sæcla futurus,
„ Scilicet in carne præsens, vt iudicet orbem.
„ Vnde Deum cernent incredulus atq; fidelis,
„ Celsum cum sanctis, æui iam termino in ipso.
„ Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipse,
„ Cum iacet incultus densis in vepribus orbis.
„ Reijcient simulachra viri, cunctam quoq; gazam,
„ Exuret terras ignis, pontumque polumque,
„ Inquirens tetri portas effringet Auerni.
„ Sanctorum sedes, cunctæ lux libera carni
„ Tradetur: fontes æterna flamma cremabit,
„ Occultos actus retegens, tum quisq; loquetur
„ Secreta, atq; Deus reserabit pectora luci.
„ Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes,
„ Eripitur solis iubar, & chorus interit astris:
„ Soluetur cœlum, lunaris splendor obibit,
„ Deijciet colles, valles extollet ab imo.
„ Non erit in rebus hominum sublime, vel altum,
„ Iam æquantur campis montes, & cærula ponti,
„ Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
„ Sicpariter fontes torrentur, fluminaque igni
„ Et tuba tunc sonitum tristem demictet ab alto.
„ Orbe gemens facinus miserum, varioque labores,
„ Tartareumque Chaos monstrabit terra dehiscens.
„ Et coram hoc Domino Reges sistentur ad vnum.
„ Recidet è cœlo ignisque, & sulphuris amnis.

Hos versus Augustinus in libris de ciuitate Dei scriptos reliquit, quos à Flactiano clarissimo viro grecè scriptos se accepisse tradit, in quorum capitibus ordinata singularum literarū serie

serie hæc verba legebantur, ἰησους χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτηρ, quod latinè est IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR. Verùm in ijs latinè vtcunq; redditis, hac de causa (vt Augustinus inquit) non potuit bene is sensus occurrere, quod in græco versu υ initio dictionis posita, in latino seruari nequiuit, nulla est enim latina dictio, quæ à tali litera inciperet, & sententiæ congrueret, pari modo de cætero ad hanc rem peccatum est. Horum quoq; verborum græcè primę literæ coniunctæ ἰχθὺς efficiunt, id est PISCIS, quo nomine mysticè Christus interpretatur, qui in huius mortalitatis abysso, velut in aquarum profunditate, viuus, hoc est expers peccati esse potuit. Iocatur pari modo Plautus in argumentorum versibus, dum comœdiarum titulum in eam rationem sic exprimit AMPHITRVO.

„ Amore captus Alcumenæ Iupiter.
„ Mutauit sese in formam eius coniugis,
„ Pro patria Amphitrio dum certat cum hostibus,
„ Habitu Mercurius ei subseruit Sosiæ,
„ Is aduenientis seruom, & dominum frustra habet,
„ Turbas vxericiet Amphitrio, atq; inuicem
„ Raptant pro mœchis, Blepharo captus arbitrer,
„ Vter sit, non quit Amphitruo decernere,
„ Omnem rem noscunt, geminos Alcumena enititur.

In hunc modũ itaq; literis furtim ingestis sensus occultatur. Possunt & alio modo scripti literæ occultari, vt per initia dictionum dispergantur, quare totidem dictiones esse, quot literas necesse erit, eæ tamen quò magis rem seriam videbuntur innuere, eo minus suspicionis habebunt, vt quando hic scribendi modus facili interpretationi est obnoxius, simulatione muniatur. Huiusmodi erit, si mulier amanti CAVE A FRATRE significatura sic scribit.

Carmina autem Vergilij erũt à Franciſco recitata ante tuum Regem Euſebium.

Poſſunt & in eum modum deligi verba, quę oportunas ſcripti literas non primas, ſed poſtremas, vel medias, ſemper tamen vnico ſeruato ordine ex arbitrio contineant. Aliter Priapus, qui ſimili ferè verborum ambage ſententiã nõ literis ſed ſylla bis celãdo, ſic in fures PÆDICARE ſe velle minans iocatur.

PEnelopes primam, DIdonis prima ſequatur,
Et primam CAni, ſyllaba prima REmi.
Quodque fit ex illis mihi tu deprenſus in horto
Fur dabis, hac pœna culpa luenda tua eſt.

Eſt alius ſcribendi modus, vt cum perlegeris te laudari, vel ritè ominari, eaſdem deinde dictiones ſi præpoſterè leges, contrarium percipies ſenſum. Adſunt cuiuſdam verſus.

Sors mala, non mala mens, fatum, non crimina vitæ,
Viſere iuſſerunt te loca Theſiphones.
Supplicio tibi ſit facilis, nec verbere multo
Tundere compellat te Dea Theſiphone.

Si autem conuerſis dictionibus leges, dicet.

Theſiphone Dea te compellat tundere multo
Verbere, nec facilis ſit tibi ſupplicio.
Theſiphones loca te iuſſerunt viſere vitæ
Crimina, non fatum, mens mala, non mala ſors.

Suppetunt in hanc rem plura exempla, quæ ne prolixior ſim, prætermittam. Sunt & alia tranſponendi genera, quæ quoniam obſcuriora, & ſine ſuſpicione videntur, ea ſuis locis quemadmodum polliciti ſumus, indicabimus.

CAPVT. IIII.

De furtiuis characterum notis effingendis.

DIXIMVS de ijs ſcribendi modis, qui ordinis tranſpoſitione interpretem artificioſe deludunt, quod ad primum membrum partitionis noſtræ pertinere videbatur.

Proximum

Proximum est iam illos prosequamur, qui non nisi maximo cum labore possunt interpretari. Verùm antequam de illis verba faciamus, non absurdum erit (tametsi id nemini difficilè fortasse videatur) componendi, & scribendi huiusmodi characterum notas rationem tradere, quòd non tantum efficiam, quia existimem id aliter difficilè futurum, quantum vt demonstrem ad reliquas notas rectè effingendas hæc ipsa, quæ nunc tradimus præcipuè desiderari, vt quod de vno characterum modo præscribimus, id & de cæteris perscriptum intelligatur. Quare exemplum in hoc simplici tantum scribendi modo præposuisse satis erit. Scribendi itaq; ratio quatuor *in rebus præcipuè* videtur consistere, figura, contextu, *proportione*, & facilitate, de quibus singulatim suo ordine *dicemus*. Sed primum de characterum figuris, & lineamentorum ductibus dicamus. A itaq; potestatem, si velimus occulta characteris figura exprimere, maiusculum græcum thita figurabitur in hunc modum ⊙, B talis character demonstrabit. Recta fiet linea, è cuius capite alia transuersa in dextrum producatur, & inferiori dimidiato minor sit, vel paulo minor, ita vt gamma inuersum videatur ⅂, C huiusmodi erit, vt Z nostrum maiusculum inuersum imitetur, hoc tamen discrimen erit, quod huic quarta linea, quemadmodum *prima ducta, tertiæ cohærebit* Ξ. *D character diuaricatis cruribus, in fastigio coniunctis depictus demonstrabit, ita vt græcæ literæ lamdæ similis sit: in cuius capite recta linea sursum ducatur, quæ sua longitudine corpori characteris adæquetur sic* ⅄. E duabus lineis transuersis, & in summa coniunctis, quarum altera sinistra crassior, altera paulò subtilior sit, tali figura Λ exprimetur. F proximus character inuersus, vt superius lineæ hiatum habeant, & inferius coniungantur, designabit hoc modo V. Pro G iustæ rotunditatis circulus describetur sic O. In aspirationis locum recta linea, quæ proximam figuram æqualiter pertranseat, desi-

guabitur, & ſupernè & infernè excedat, & à tumore æqualiter vtrinque diſiungantur hoc pacto ⌀. Pro I duæ lineæ in longum ductæ, quarum capita alia tranſuerſa coniungat, vt nihil excedat, & longitudo latitudine duplo maior ſit, vt ſeruetur characteris decus, depingetur ſic ⌈⌉. L linea recta in cuius calce alia tranſuerſa in dextrum ducatur, vicem ſupplebit: ſed inferior linea, quemadmodum in reliquis characteribus dictum eſt, ſuperiori dimidiato minor ſit ⌊. M columna, è cuius medio duæ lineæ in dextrum producantur, quarum altera deorſum, altera ſurſum feratur, demonſtrabit hoc modo ⋊. N munus talis figura explebit. Recta linea depingatur è cuius pede alia tranſuerſa in dextrum à ſiniſtro ducatur vt T inuerſum eſſe videatur ⊥. O noſtrum C inuerſum exprimet ↄ. P proxima figura duplicata indicabit, ita tamen, vt alterius fagiſtium alterius calcem comprehendat in hanc formam ⅄. Q græca litera delta inſtar triangularis formæ deſignabit ⍙. Pro R noſtri S inuerſi figura depingetur ⸮. Pro S noſtrum D inuerſum deſignabitur ſic ↀ. T omega græcum inuerſum demonſtrabit hoc modo ʊ. Pro V recta linea in longum ducta depingetur, è cuius medio ſpacio aliæ duæ vtrinq; æqualiter hiantes in calce producantur huiuſmodi ⅄. Pro X recta linea depingetur, è cuius faſtigio altera tranſuerſa in ſiniſtrum producatur in hanc formam ⍲. Z inuerſa figura, quam I diximus indicari munere fungetur in hunc modum ⊔⊐. Hæc ſunt quæ de literarum figura dicenda videbantur: Proximum eſt, vt de cõtextu agamus, neq; enim parum refert literarum contextum obſeruari, vt in eadem dictione, quę nexum deſiderant, ſimul connectantur: Huiuſmodi contextus, ſiue nexus, ne ignoretur, id apud nos debet intelligi, quod eſt vnius literę finis cum alterius initio ſocietas. In hunc modum erit ſi ⅄ cum V iungere velimus, N ſic enim ſeruabitur rectè contextus, eodem modo ⊤ cum Γ hoc exemplo T

ſocia-

ſociabitur, ita vt vnius literæ pars alterius initio detrahatur, modo id non incommodè fiat. Poteſt & aliter nexus eſſe, nempe vt literarum confinia tangantur, ſic pro duobis his ⊓ ↄ. fiet contextus huiuſmodi ΓD Quæ nexum & contextum amant, omnes characteres erunt, pręter hos quatuor ⊙ O Φ Δ. Literarum proportio in figurarum partibus, prominentijs, & interuallis poſita eſt. Partes figurarum æqua dimenſione & craſſitudine decentes eſſe debent. Prominentiæ in longitudine, quę ſurſum & deorſum producuntur, excedens corpus literæ conſiſtunt, exceſſus hic corporis quantitatem debet æquare. Interualla conſiderantur in literarum & dictionum inter ſe diſtantijs, vt elementum ab elemento literæ interpoſitione, verbum à verbo o literæ magnitudine iungantur. Facilitas in characteribus debet eſſe, vt eorum formę ſimpliciſſimę ſint, ne nimia lineamentorum figuratione moleſtiam ſcribenti afferant. Quòd ſi initio nouorum characterum figuratio ſcribenti videbitur moleſta, parua conſuetudine facilitas comparabitur. Hæc in omnibus characterum figuris decenter ſeruanda ſunt, quæ potuiſſem omittere, niſi aliquid, quod ad ſcribendi exactam rationem ſpectat, prætermiſſum eſſe videretur.

CAPVT V.

De ſimplici furtiuarum literarum modo.

VT igitur ad ſcribendi modos veniamus, in quibus figuræ permutantur, non immerito videtur initium hic etiam à ſimplicibus id genus ſcribendi modis, & facillimis ſumi debere: tum vt diſcentibus, & adhuc rudibus in hac re ingenijs commodius conſulatur, tum etiam vt inde auſpicemur, vnde reliqua huiuſmodi inuenta quodamodo videntur prouenire. Huius nominis ratio, quod ſimplicem hunc ſcribendi modum

modum appellem, ne illud temere videatur induxisse, vnde ducta est apparet, quod sic etiamnum rudes & in hac scriben. di ratione parum exercitati scribere consueſcant, ijque scribēdi modi inter id genus reliquos omnium primi occurrere solent. Vel aliter adhuc simplices dicuntur, quia ociosarum, & inutilium literarum, vel dolorum positione defraudantur, nec fuco vel fallacijs conteguntur. Hæc occulta scribendi ratio est huiusmodi. Totius primum scripti sententia decernitur: mox furtiui omnes primorum elementorum characteres, quibus simplex scriptum occultemus, statuuntur, vt sua cuiq; literæ nota substituatur, tum ijs suppositijs substitutis, pro proprijs admittantur, donec totum id quod velimus, in hunc modum perscribatur. Res quamuis perspicua sit ex se, exemplo tamen clarius indicabitur. Hæc itaq; verba statuantur ea scripturæ ratione contegenda.

POST MEDIAM NOCTEM HOSTES AGGREDIMINI, ET INITE BELLVM, QVIA HODIE DVX BELLIGERANDO FORTITER CECIDIT, ECCE DEPOPVLABITVR VRBS, ET BELLI FINIS ERIT.



CAP-

CAPVT. VI.

De dolis & fallacijs, quibus hæc scribendi ratio muniatur, vt scriptum difficilius interpretetur.

QVOMODO ab ijs occultè scribi mos sit, qui parum se adhuc in excogitandis hisce notis exercuerint, dictum est, sequitur vt non nihil de fallacijs, quibus tale scriptum potest implicari, vt tutius scribi possit, & sæpè interpretum conatus irritetur disseramus. Sed quia tales astus plures ferè esse possunt, quàm vt numero comprehendantur: nos aliquot ex his præcipuos attingemus, vt ijs propositis aliorum ingenis nouos perquirendi ansam præbeamus. Ex his itaq; primum hoc artificio vtuntur magnates & eorum notarij, qui epistolas exarant, vt simplices has notas tenebris offundant, quominus inuestigentur, nullis nanq; interuallis dictiones distingunt, sed perpetuo contextu dictiones producunt, vt verborum fines & initia non nisi magno cum labore dirimantur, quæ res scriptum magis obscurare videtur. Verùm hunc scribendi modum iccirco coniunctum, & continuum appellamus, quod scriptum coniunctim, & continuè in chartæ latitudine procedit, vt tali patet exemplo.

PERDITA SVNT BONA, MINDARVS INTERIIT,
VRBS STRATA HVMI EST, ESVRIVNT TOT,
QVOT SVPERFVERE VIVI PRÆTEREA QVÆ
AGENDA SVNT CONSVLITO.



His & cognata fraus esse potest, dum versuum series non continuatur, sed interualla verborum suis terminis minimè distinguantur, & alia verba cum alijs miscentur, alia interciduntur, quod ex arbitrio ea tantum ratione, quæ commodior fiet, scriptum occultabit, vt si idem scribendum sit, in hunc modum characteres disponantur.



In his etiam adiectitiæ literæ suum locum sortientur. Solent igitur ad hanc rem scribæ extra numerum primorum elemẽtorum superfluos sibi characteres effingere, quos seriò inter scribendum vel initio dictionum, vel in fine, vel ijs medijs interserant, vt eorum ociosa adiectione interpretantium labor irritus reddatur, quare ex arte OCIOSAS & ADIECTITIAS notas appellamus, quod non alia ratione, quàm characterũ superfluitate interiectę decipiant, vnde etiam NVLLÆ appellantur, quia nullam habent literæ potestatem, nulloq; in dictione literæ funguntur officio. Hæc scribendi ratio pluribus modis obscurior fit. Prima est, quòd talibus interiectis notis verus literarum dictionis numerus irritatur. Altera quod sic ordinata vocalium & consonantium series (quam maximã esse necessariam inferius docebimus) auferetur. Tertia additur, quod eæ crebro repetitæ vocales, & frequentes consonãtes existimẽtur. Hûc accedit & alius dolus ex ignoratione initij, & finis dictionis inductus, prouenit enim hoc modo, vt

inter-

interpres verbum ab ociosis literis auspicetur, & in easdem positas terminet. Ad hęc additur, quod interpres plurium literarum scripti, quàm in alphabeto sunt, opinione decipiatur, possunt & aliæ causæ esse, quas omittimus. His itaque rationibus sic potest scriptum implicari, vt nõ maximam interpreti, vel non parum in hac arte exercitato interdum difficultatem pariat, huius traditionis hoc erit exemplum.



Ad hæc literarũ, quibus carere possumus detractio accedit, huiusmodi literæ sunt Q X Z Y, sine quibus quidlibet etiam commodè scribi potest. Pro Q ponatur C V, pro X primæ literæ, quarum loco illa inducta est, assumantur C & S. Similiter pro Z duplici SS scribatur, pro Y nostrũ I reponatur. Sunt & aliæ literæ, quas data opera euitabimus, vt H B D F G P V, pro quibus fugiẽdis verba etiã fugiemus, quibus notãdis earũ vsus necessarius sit, earũ vice alias dictiones, quæ tantundẽ valeãt, adhibebimus ratio est: tum quia id nõ admodũ molestum erit, parcius enim in scriptura solent euenire, tum etiam, vt interpreti orthographiæ modum, qui in earum positione obseruabitur, vt scriptũ intelligi minus possit, adimamus. Orthographia enim facilè potest sensus viam aperire. Præterea non solũ literarũ, sed verborũ etiam breuitas ad hoc maximè

cõmendatur, vt si alibi illud Horatianũ BREVIS ESSE LABORO, OBSCVRVS FIO, suã vim habet, hic maximè quadrare videatur, neq; solũ in verbis breuitas, sed in tota oratione amica sit, vt etiã ne dum vnica periodo, sed (si fieri possit) simplici verbo scripti sensus concludatur. Fiet enim, vt nullo modo in tã breui scripto characterũ potestatẽ interceptor possit experiri, & in verborũ indagatione, quę paucis illis characteribus aptari possint, ambiguus laboret, quare data opera expediet, in eũ modũ characterũ contextũ disponere, vt verborum significatus omnino sit ambiguus, dum plura verba pari modo ad characterum figuras referri possunt. Ad hoc valebit si præter orthographiæ contemptũ sic perperã scribetur, vt nec numerus, nec ordo literarum, nec vera seruetur litera, cuiusmodi erit si INGNIS vel INGIS pro IGNIS scribatur, FILIPVS pro PHILIPPVS, FVROS pro FVROR, & huiusmodi alia, ita vt non orthographiæ modo, sed vulgatæ scripturæ prorsus nescius, qui scripsit existimetur: satius enim est rudẽ scribam existimari, quàm deprehenso consilio negligentiæ pœnas luere, huiusmodi sunt multa veterum vocabula, quorũ mos posteæ temporum successione reiectus est. Eos enim sæpenumero S pro R, vt fit in LABOS, & HONOS, VALESIVS, & FVSIVS, pro LABOR & HONOR, VALERIVS & FVRIVS vsos esse comperimus. Item T pro D, siquidẽ ALEXANTER pro ALEXANDER scribebãt, & CASSANTRA pro CASSANDRA & huiusmodi reliqua. O etiã pro V, vt in HECOBA pro HECVBA, & NOTRIX pro NVTRIX indicatur, & E in vsum pro I admisisse, vt MENERVA pro MINERVA, & LEBER pro LIBER, & alia huiusmodi multa. Huc pertinet vocaliũ & cõsonãtiũ, quę crebro scripto interueniũt, figuras duplices, triplices, & quadruplices, vel pluribus modis si libuerit formatas habere, vt modo vna, modo alia pro eadẽ figura variè vti possimus, & alienus interpres diuersarũ figurarum, pro eadẽ literæ positione decipiatur. Ad obscuritatẽ etiã id genus scripti cõfert monosyllabarum.

syllabarũ dictionũ euitatio, cuiusmodi sunt NOS, NON, NAM IN, ET, VT, A', E', I, O', & alia in hunc modum verba, illa siquidem rariora sunt, possunt interpretem ad cognoscendas literarũ potestates non parum adiuuare. Ad hoc etiam faciet, si ab eiusdem verbi repetitione cauebimus, ne sępius positum interpretẽ scripti possit admonere, quare ad vsum verborum eandem vim habentiũ, quoties necesse sit, confugiemus, vt si QVONIAM semel dictum est, postmodum ENIM, QVIA, NAM, NANQVE, & reliquas dictiones prioris verbi vice admittamus, & pro CITO reponamus STATIM, CONFESTIM, et ILLICO, sic & de reliquis. Nec indecens diciſarum dictionũ aliquas notulas effingere, hinc enim & scribendi facilitas & prõptitudo, et interpretandi difficultas cõparabitur, siquidem & scriptũ cõpendiosius erit, & interpretanti plus afferet obscuritatis: huiusmodi erit si talis nota &, quæ à nonnullis pro ET admittitur, quare eius notæ etiam vsus recipitur, si ET ENIM, PLANETA, et AMET scribendum sit, hoc modo &ENIM, PLAN&A et AM&, vt non modo initio sed medio et fine dictionis illius vsus admittatur, ad cuius exemplar nos significandę cuiusq; dictionis partium gratia notas poterimus comminisci. Huic simile erit, si pro significandis dictionibus, quæ crebriores esse solent, primas tantum earum notas designabimus, quem in vsum multarum huiusmodi dictionum notæ, quibus vti possumus, decernentur. In hunc modum veteres multas notas induxisse comperimus, vt C CAIVM, et P P PATREM PATRIÆ, et S C SENATVS CONSVLTVM indicaret. Ad obscuritatem erit, si vernaculi sermonis Itali, qui semper in vocalem desinit, extrema vocalis interdum expungetur, vt verbum imperfectum maneat: huiusmodi sũt & reliqua, quæ ad obstruendum sic scriptum valere possunt. Hactenus de simplici scribendi ratione in permutatis characteribus, eiusque formis dictum est, nunc ad alios scribendi modos succedamus.

CAPVT VII.

De circulari scripto, cuiusmodi illud sit, & quæ instrumenti descriptio, quo in scribendo vti debemus.

EXPOSITIS simplicibus furtiuarum notarum formis, quantum satis esse visum est, nunc aliam scribendi rationem, vt ad Rotæ ordinem scriptum disponatur, proximum est attingam. Hunc scribendi modum huius artis periti propterea quod ad Rotæ dispositionem componatur, circularem nominant, siquidem dispositis ad Rotam characteribus circularis charta ad literarum indiciũ rotatur. Primum igitur antequam huius instrumenti prosequamur officiũ, quę ad eius constructionem pertinent, præscribere operepreciũ videtur. Diligens itaq; artifiex eiusmodi Rotam constructurus, tabulas quærat cupreas vel aurichalceas, vtraq; enim materia facilè ductilis fit, & alia quauis magis idonea, nam si ex ferro confectæ sint, ob suam duriciem aduersus malleum cõtumaces minimè pertractari poterunt, si ex plumbo vel stanno contactu manus defædabunt, diuturnitatem pręterea non habebunt, & facilè atteruntur, si ex papyro leuissimę cuiq; iniuriæ maximè erunt obnoxiæ, quauis pręterea aeris permutatione facilè exacta forma commutabitur, quæ illis in primis est necessaria. Hæc de instrumenti materia satis: nunc qualis forma esse debeat, supereſt indicamus. Ex hac igitur materia duæ laminæ diligenter complanatæ & exequatæ comparentur, in cuius medio circini pes infigatur, vaguſq; alter circũagendo rotundam lineam quæsita futuri instrumenti amplitudine describat, mox circino contracto, adhęrente eidẽ puncto pede alius circulus describatur, qui tãtum à primo distet, quantum satis fore in scribendis numerorum characteribus videbitur. Rursus contracto circino ex eodem centro alia circumagatur linea, tanto interuallo à superiori distans, quantũ capiendis nostrorum elementorum characteribus satis esse censebitur: mox eodem circini hiatu, mediæ alterius laminæ

puncto,

puncto, altero circini pede infixo eiusdem quantitatis circulus describatur, sub hoc deinde alter, astricto circino aliquanto, minor delineetur, vt in circulari spacio, quod intra lineam est, characteres aptè accommodentur. Hoc facto laminæ partes, quæ circularē lineam excedunt, vndiq; exactissimè in orbicularem formā recidantur, exigua parte relicta, quæ denti indici assimiletur. In hanc formā minori parata lamina, intra primam contacto vtriusq; puncto includatur, tenuissimo deinde terebello earum puncta perforentur, tum axis eiusdem materię pertranseat, quo minor lamina ad maioris circularem lineā æquali vndiq; spacio coarctetur, vt parua rota versatilis huc illuc circumagatur, & alueo maioris laminæ firmiter inhæreat, ne facilè egrediatur, vt si circumuolueris, angustè potius, quàm largo hiatu spontè moueatur. Hoc facto vniuersū vtriusq; circuli ambitū in quatuor æquas partes partiemur, & applicata bis ibi regula rectas lineas ad diametrū, quæ omnes circulos pertranseant, protrahemus. Verùm vt experiamur an circuli recta facta sic partitio, lineæ si se in pūcto laminę intersecabunt, minimè erratum fuisse admonebunt, singulæ deinde quartæ quinas in partes æquales dissecētur, & puncto applicata regula per omnes circulationes ducantur lineæ, ita vt vniuersus Rotæ vtriusque ambitus in viginti partes exactissimè dissecetur, & circūuoluta inferior rota, per omnes lineas adamussim priori respondeat, vt nihil eius lineæ à superioribus distent: alioquin opera frustrabitur. Hoc peracto singulis primæ intercapedinis areis singulas numerorū notas ab vno ad viginti progrediendo, & vndelibet inchoando collocabimus, postmodum inferiori circulo, qui primis areis est proximus, nostræ sic supponātur literæ seruato ordine, vt sua cuiq; numero reddatur litera, in eum modum vt A singularitatis notæ subijciatur, B duplicitatis, & huiusmodi reliquę, exempta X litera, tum quia raro nobis est vsui, tum etiam quia (vt Quintilianus ait) ea carere potuimus, si non quæsiuissemus, nam

nam si eius vsus interdum acciderit, pro ea C & S vti poterimus, in quarum locum autore Augusto eius vsus successit: Antiquitus enim pro ALEXANDER, ALECSANDER scribebatur, nos autem id postea fecimus, vt facilius ambitum partiremur, parum autem vel nihil refert, viginti ne, an vna, vel duæ & viginti sint. Mox per inferiorem rotam ignoti characteres assignatis areis, vt libuerit distribuentur, siquidem propter rotæ volubilitatem nihil interest characterem hunc ignotum huic literę potius, quàm illi supponamus. Hoc tamen animaduersione dignum est, vt tales notæ nusquam omnino diuersam figuram, sed ferè eandem vbiq; præ se ferant: huiusmodi erit, si characteres habentes hiatum ex vna parte rotæ non apponantur, hiatus enim, qui modo sursum ascendit, mox deuoluta rota, vel deorsum vel ad latus inclinabitur. Postremo vbilibet in interiori rota surrectus denticulus, vti monuimus aptabitur, vel incisio, vel tenuis punctus, vel index quoquomodo aliter designabitur, qui initium demonstret, & rectæ vel falsæ scripturæ index futurus sit. Poteris etiam, si mauis, ex aduerso ignotos characteres in immobili rota, nostras verò literas in mobili collocare, quamuis res, quemadmodum fecimus, præstare videatur: firmata enim nostrarum literarum rota, vbi quæq; litera sit, facilius notarius intelliget, & scriptum citius absoluet, alioquin oculos circumducendo magis in quærendis elemẽtis elaborabit, tametsi id etiam minimum interesse videatur. Huic deinde instrumento vbilibet manubrium supponetur, quo manibus illud aptè capi, teneriq́ue possit, & absolutum erit instrumentum. Id tamen meminisse debes, quòd duo instrumenta eodem modo cõposita, & fabrefacta esse oportet, alterum enim rei conscio, & peregrè eunti relinquetur, alterum domi continebitur. Hactenus de instrumenti constructione, nunc vt res melius cognoscatur, & operis facilior in ære, vel ferro fiat imitatio, in pictura rem commodè exprimemus.

CAP-



1



3



2






A B C D E F G H I L M N O P Q R S T V Z
I II III IIII V VI VII VIII IX X XI XII XIII XIIII XV XVI XVII XVIII XIX XX

CAPVT. VIII.

Qua ratione ad scribendum instrumento vti possumus.

ARTIFICEM superius Rotæ compositionem admonuimus, sequitur nunc, vt quo modo vti conueniat, aptè indicemus. In primis itaq; scriptum, breuiter quod sententiam contineat ob oculos ponatur, mox Rotæ denticulus sub A litera, vel qualibet constituatur, modo id absenti innotescat, litera inde necessaria per Rotæ ambitum requiratur, ea inuenta characterem, quo vti deceat, suppositum indicabit, tum illum scriptor in tabellam suam referat. Aliam deinde literarum quæsiturus, Rotam à loco amoueat, vt spacium tantum vnum pertranseat, & pari ratione suppositum characterem in eius locum accipiat, eumque in charta reponat, sic & pro tertia litera tertio Rotam à loco in proximam aream conuertat, hic semper ordo seruetur, donec totum scriptum absoluatur. Verùm animaduertendum est, ne in Rotæ reuolutione spacium aliquod prætereatur, vt à primo ad tertium, vel mox ad quintum veniatur, sic enim & qui scribit, & qui nuncium accepturus est, facile decipietur. Vt verò absens scriptum possit interpretari, indice Rotę A supposito, vel alteri literæ, vnde notarius nuncium sumpserit, & debitis inde transitis spacijs, pro qualibet litera è characteris inuenti regione epistolam aucupabitur. Nec prætereundum est in læuum non minus, quàm in dextrum Rotam posse circumferri, modo de ordine absens certior factus sit: Sed si nostræ elementorum figuræ in mobili Rota dispositæ sint, & ea in dextrum moueatur, idem erit ac si immobili esset, & illa retrograderetur. Sciendum tamen est, qui tali instrumento vsurus sit, eum posse more suo bina pertransire spacia, terna etiam si libuerit, nunc ante, nunc retro circumferendo

ferendo Rotam, modo idem semper ordo seruetur, vt trepidiationis motum octauæ sphæræ imitari videatur. Isthæc, & si videntur minimi, vtpote nullius esse momenti, tamen quia possunt discentis animum ambiguitate remorari, placuit exemplum tradere.

HOSTIVM COPIÆ DEFICIVNT, TV ENIM HILARIS ESTO, IAM ABDE TIMOREM, ET ARMATO MILITE IRRVITO.

CAPVT. IX

An liceat experiri vtrum scribendo Rotam peccatum sit.

CÆTERVM non parui momenti esse existimo, nec cognitu indignum, rationem tradere, qua cognosci possit, an in scribendo erratum sit, posset enim euenire, vt Rotę,

circulatione, vel ſpacium aliquod prætereatur, vel repetatur, vnde in errorem deueniri neceſſe eſt, vt non modo is, qui nuncium excipiat, ſed etiam, qui ſcripſit, quid ſibi ſcriptum velit, non ſatis intelligat, quare vt ei rei obuietur, oportunum erit ſcire, quo pacto rectè ſcripturo conſulendum ſit, dum in ambiguo eſt, rectè ne, an perperam ſcriptum fuerit exaratum. Res eadem apud Arithmeticos nouenario & ſeptenario numero in multiplicando, & partiendo experitur, vt ſi error commiſſus ſit, eo modo palàm fiat. Ratio talis erit: Characteres omnes, qui vniuerſo in ſcripto erunt poſiti, computabuntur, tum à toto numero (ſi Rota viginti areas contineat) vicena toties ſubtrahentur, quoties in illo comprehenſa ſint, tum ſi minor numerus ſupererit, is in Rota quæratur, ad quem ſi index minoris Rotæ conuerſus ſit, nihil peccatum eſſe admonebimur: alioquin eius indicio facilè lapſus deprehendetur, niſi bis aut pluries erratum ſit, & quantum de numero prius ſubſtractum eſt, tantum poſtea ſuperaddatur, vt vnius numeri defectus, alterius ſuperfluitate penſetur. Res exemplo clarior fiet: Si in toto ſcripto numerati characteres ad ternarium & ſeptuagenarium numerum perueniunt, ex hoc numero vicenis ter ſubtractis, quoties continentur, treſdecim ſuperſunt, hic numerus in Rota requiratur ſi ibi conſtiterit index, nihil peccatum eſſe eius indicio demonſtrabitur, quare videndum erit, ne interior rota inde moueatur, vbi cum ſcriptum abſolueretur conſtiterat.

CAPVT. X.

De dolis & fallacijs, quibus huiuſmodi ſcriptum Rotę indicio indiſſolubile fieri poſſit.

SED videamus nunc ecquid ſcriptum inuolucris, quemadmodum ſuperius de alio ſimplici occultè ſcribendi modo dictum eſt, occultari inuoluiąque poſſit, & hoc primo

in

in continuato scripto requiratur, nam si (quemadmodum in simplici scribendi modo dictum est) verborum nexus continuetur, sensus interpretem circa verborum fines, & initia remorabitur. Exemplum erit huiusmodi.

QVESTVS HOSTIS MAGNVS EST, ET QVESTVS NOSTER NON MINVS EST, ISTI PLORANT, NOSTRI NON RIDENT, QVID FACIENDVM EST NVNCIATO.



Secundo in vacuis, adiectitijs, & ociosis literis quæramus. Duplici ergo ratione hoc scribendi modo vti possumus. Possunt enim adiectitij & ociosi characteres vel Rotæ limbo præter necessarium numerum nostrarum literarum accommodari, vt ea reuoluta illi pro vtilibus admittantur, vel aliter extra Rotam annotari, vtriusq; vsus ratio ad scribendum

diuersa est, quare primum post huius instrumenti discrimen, quomodo ijs in Rota dispositis, postmodum qua ratione aliter vti conueniat, docebimus. Composita itaq; instrumenti forma, qualem supra fore descripsimus, tot superfluas in inferiori Rota statuemus areas, quot præter necessarias scripto notas adijcere velimus, vt si octo futuræ sint, cum nostrarum literarum bis decem characteribus spacia sint, erunt octo & viginti, tanto in superiori rota relicto interuallo, in quo nihil sit, quantum inutilibus notarum spacijs inferioris respondeat, in ea tum totidem designati characteres spacia implebunt. Poterit id ex aduerso fieri, vt latini characteres inferius, & ignoti superius designentur, seruato tamen ordine, qui dictus est.


1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
A B C D E F G H I L M N O P Q R S T V X Y Z

Huius artificij tabula expressa est, ea qui vsus fuerit, interpretem rei minimè conscium præter characterum obscuritatem, superfluis notarum figuris ambiguum remorabitur, vt facilius sit credere, nullo pacto, quod scriptum sit intellecturum, quàm aliqua ratione id ipsum posse percipere, eius rei formam exemplo clarius indicabimus.

HOSTIVM COPIE DEFICIVNT, TV ENIM HILARIS ESTO, IAM ABDE TIMOREM, ET ARMATO MILITE IRRVITO.



Quemadmodum vno modo hac ratione vti deceat indicauimus, altera eius vsus ratio est, vt superflui eiusdem characteres non aliter in scripto literis & syllabis passim interserantur, quàm in simplicissimo scribendi modo superius monuimus. Sciendum itaq; est obscuritatem augeri, si tales notæ ijsdem figuris, quæ aliter cohærere debuerant inserantur, ex earum enim cohærentia scripti interpretationem facilius nanci-

nanciſcimur, præterea ſi alibi diſponantur, Rotæ reuolutione inhibebitur, quò minus, quod ſcriptum ſit intelligatur, dum interpres ocioſæ literæ poteſtatem fruſtra conatur aptare. Hûc accedit, quod in eadem characteris figura permutata poteſtate, & è conuerſo neq; conſonantium, neq; vocalium certa cognitio poteſt obſeruari, ita vt ſi idem verbum repetendum ſit, diuerſis characteribus exprimatur, eaque ratione multo laborioſius, quàm in ſimplici ſcribẽdi modo fiebat, ocioſorum characterum cognitionem quiſq; aucupetur. His de cauſis difficilius in hac ocioſorum characterum poſitione interpreti ſcriptum efficietur. Ocioſæ literæ tales erunt.

ISHRAVC

QVESTVS HOSTIS MAGNVS EST, ET QVESTVS NOSTER NON MINVS EST, HI PLORANT, ET HI NON RIDENT QVID FACIENDVM EST NVNCIATO.



Nec ab re erit in Rotæ reuolutione ſpacia inæqualia pertranſire, vt ſi modo in vno charactere ad ſecundum tranſitum ſit, in alio mox ad tertium, vel quartum, inde ex arbitrio tranſeatur, poterit etiam ſi libuerit, modo à ſiniſtro latere in dextrum, modo à dextro in ſiniſtrum tranſitus variari, eadem ratione in omnibus characteribus in Rota quærendis eſſe poterit, modo artificium abſenti amico palam fiat. Hęc vt ſuo loco videbimus ſolerti interpretum cura facilè inueſtigabuntur. Sed huiuſmodi ſcripti alia ratio, quæ Oedipo, vel Apolline potius, quàm homine interprete indigebit, nec indecorum erit tam ingenioſum inuentum obſcuriori velamento obducere. Artificium tale erit: Noſtrum alphabetum in Rota diſponatur alio tamen, vt libuerit ordine, quàm vt communis vſus induxit, vt ab alia quauis litera pro prima ordinis initium ſumatur, & in aliam, quàm quæ in noſtro alphabeto extrema eſt, alphabetum deſinat, & de cætero prorſus literarum diſpoſitio inuertatur. Ordo erit huiuſmodi, D F S G B T C M H R L P N R Q O A I E V. Ordo enim literarum talis ſcripti interpretandi, vt tertio libro dicetur, ibi modum præſtabit, quo ſublato omnino neceſſe eſt ſenſus perplexitas indiſſolubilis fiat. Huius Rotæ forma tali ſchœmate proponetur.




XX I II III IIII V VI VII VIII IX X XI XII XIII XIIII XV XVI XVII XVIII XIX
A I E V D F S G B T C M H R L P N R O

La CAR.

Capvt. XI.

Eodem Rotæ artificio, quomodo aliter literis per tabulam expansis vti possimus.

OMitti poterat hoc planè, sed ne quid præteritum videri possit, non reticebo. Potest igitur Rotæ artificium (si sphærico instrumento vti non libuerit) in planam tabulam referri, quæ tabula præter obscuritates, quas Rota ingerebat, multiplices & perplexiores nobis scribendi modos importabit: Siquidem viginti characteres, qui nostris literis suppositi, volubilis ibi Rotæ limbum circumibant, hic omnes deorsum ducti à latere nostris literis adhærentes conspicientur, quæ rursus ibi literæ sub numeris suo ordine procedebant, hic & in tabulæ fronte pariter superpositis numeris in læuum transuersæ, & à latere characteribus adhærentes deorsum ductæ protenduntur, quo fit, vt tabula fiat, quæ nostrarum literarum, modo à prima, modo à secunda, modo à tertia sumpto initio, & de reliquis eodem modo, numerum à fronte & à latere pro versuum ordine ostentet, & literarum ordo in suis spacijs seruetur. Tabulæ huius forma sic erit.



1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z
b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a
c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b
d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c
e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d
f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e
g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f
h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g
i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h
l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i
m	n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l
n	o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
o	p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n
p	q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o
q	r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p
r	s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q
s	t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r
t	u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s
u	z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t
z	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	v

Huius ſchematis vſus talis erit : Initio prima litera ſcripti ſingularitatis numero ſubiecta perquiretur, character deinde, qui illi è regione erit annotabitur, mox altera in ordine ſub duplicitatis numero coniuncta inquiretur, & pro ea pariter character è regione poſitus ſumetur, ſic & in tertia verborum litera, & in reliquis fiet, quæſito charactere oppoſito in tabu-

la eiusdem ordinis, sic quartus pro quarta: donec pro vigesima litera scripti pariter ad vigesimum & nouissimum ordinem ventum sit, mox ad eundem ordinem numerorum redditus fiet, eoque modo animi sensa non aliter, quàm si Rotæ artificio scriptum sit, reponentur: tum amicus interpres eundem ordinem, quem diximus, in scribendo seruabit.

CAPVT. XII.

Quomodo quinq;, quatuorùe, vel tribus tantum notis quodlibet scribi possit.

IAM vt ad reliqua transeamus, ea nunc scribendi ratio se offert, qua solis quinq;, quatuorùe, vel tribus tantum literis quodcunq; scribi possit, quæ sua obscuritate non carebit, vt interpres vniuerso in scripto non nisi tres inspiciendo characteres omnem inuestigandi spem irritam faciat. Duplici itaq; hæc scribendi ratio fraude tegitur, notarum enim numerus & in scribendo duplicatur, & soli ijdem semper characteres cernentur. Sed quoniam locus hic subiectam tabellam videtur postulare, ideo primo illam concinnabimus. Quatuor itaq; lineis, quæ suis finibus occurrant angulis rectis quadrangula exprimatur forma, quæ in latitudine longius ducta quinq;, in longitudinẽ breuius quatuor lineis intersecetur, vt intra tabellam viginti areæ continendis literarum notis aptè comprehendantur, vt sua vnicuiq; literę area reddatur, foris verò è regione quinq; literæ communes, seu mauis alij characteres superponantur, à latere verò quatuor, & parata erit tabella: vt inferius indicabit exemplar.

A	B	C	D	E	
a	e	i	o	t	A
b	f	l	p	b	B
c	g	m	q	v	C
d	h	n	r	x	D

Eius

Eius vsus talis erit scribere volenti. Scriptum ob oculos ponatur, litera deinde prima in area tabulæ vbicunq; sit quæratur, mox è regione illius notæ supra, & è latere positæ annotentur, eo tamen ordine, vt primum literæ, quæ superius, postmodum quæ à latere repertæ sint reponãtur, aliter enim scriptum frustrabitur, vt nec qui scripserit intelligat, id fiet donec omnes scripti literæ fuerint consũptæ, nec inutile erit, vt si scripto dictiones nimis longæ euenient, ex arbitrio eius partes seiungantur. Angulares verò quatuor literæ si vno charactere siue à fronte, siue à latere posito discrimine signabuntur, occultius scriptum erit, vt interceptor rei nouitate magis ambiguus teneatur. Hoc igitur statuemus exemplum.

PATRIA HOSTILI OBSIDIONE LABORAT,
NEC PRIVS CIVES ARMA CAPERE VOLVNT,
QVAM EXPVGNABITVR.

Dbaae bddeaa abddaeaebcacb cadaabeacaadcadac dbacba aabdad daaeb, cdb aacdbddcaecea acca ecbaeaaa ddccaa acaadbba ddbaecdacb eccdebdc ecaaceba eddbecbccd aaabcaebecdd.

Huiusmodi itaq; scriptum si quis velit interpretari, duabus literis vna de longitudine, altera de latitudine tabulæ acceptis, in communi angulo quæsita litera vera demonstrabitur, pari deinde modo ad cæterarum literarum inuestigationem procedatur. Vt verò quatuor characteribus scribi possit, in tabulæ longitudine, vbi E fuerit, duplex DD accommodabitur, vt scriptum obscurius fiat. At si tribus tantum characteribus scribendum sit, quadrangulus efficiatur, qui pro re septena in latitudine, breuiq́ue in longitudine terna contineat spacia, supra mox sic duplicatæ literę disponantur AA, BB, CC, AB, AC, BC, CB, à latere verò singulares A, B, C, vel aliter vt placuerit. Sic characterum numerus

in

in ſcribendo augebitur. Huiuſmodi ſcripti perplexitate inuolutum Ariſtotelis de Magicis opuſculum interpretati ſumus, quod qui latinè reddidit, ex induſtria hac ratione contexit, ne intelligeretur. Poteris etiam ſi mauis & aliter ijsdem tribus notis quicquid volueris ſcribere, ſed huius inſtrumenti primum exemplum, deinde vſum explicemus. Bractea plumbea, vel aurichalcea, vel papyracea capiatur, in ea quadrangulus pariter deſignetur, per cuius longitudinem ſeptenæ lineæ pertranſeant, vt octona à fronte includantur ſpacia, quæ ſingula vnam literam capiant, latitudo verò terna contineat, duabus lineis pari magnitudine interſecata. In hunc modum paratis areis A B C à dextri lateris fronte diſponentur, hæc bractea ſupra A literam faſtigium habeat, quod vnius elementi capax ſit, tum ſingula ſpacia ſingulæ literæ complebunt, quæ vna & viginti erunt: hoc tamen ordine, vt quæ vſitatior fuerit, ad primas literas à latere poſitas propriùs accedat, in hunc modum i e o a u s t r l c m n f d g p h b q x z. Sic parata erit bractea.

	.						
A	i	a	t	c	f	p	q
B	e	v	r	m	d	h	x
C	o	s	l	n	g	b	z

Ea ſic vti poterimus. Primo punctus in charta præponatur, vnde ſcribendi initium ſumendum ſit, is deinde bracteæ faſtigio ſupponatur, mox ſuprema chartæ linea ad ſummam tabulæ oram adæquata, quæſita litera in tabulæ arca reperietur, in cuius locum vna ex tribus notis, quæ illi è regione poſita ſit, ſubſtituatur, eaq; ſuper ſpacium imminens illi ordini, in quo litera primum fuerat annotabitur, Idque firmata tabella, ne huc, illuc feratur (hoc. n. maximi refert) feliciter ſuccedet, tum vno notato charactere tabula anteducta rurſus

areola

areola prominens illum occupabit, vt denuò alius pari ratione character in quæsitæ literę eodem modo locum succedat, donec totum id quod voluerimus, chartæ commissum sit, ne verò dolus deprehendatur, characterum intercapedines oportunum erit ociosis characteribus impleri. Vt verò scædulam amicus intelligat, idem modus seruabitur. Id etiam aliter sic absq; tabella effici poterit. Circino tantum spacij tribus literis A B C assignabitur, quantum earum vnaquæque vt maximum septenas literas certas assignandas suo quoque ordine contineat, vt omnes vna & viginti sint, & quoties aliqua litera significanda sit, ea loco vni ex tribus illis literis assignato, denotabitur. Res quia minus obscura est, exemplo illam non putamus indigere.

CAPVT XIII.

Scribendi ratio, qua infinitis propemodum characteribus scriptum euariabitur.

CONTRARIÆ autem dispositionis prædicto præsens se habet scribendi modus, si ibi enim characterum numerus duplicabatur, hîc ex aduerso dimidiatus euenit: rursus ibi tres, vel quatuor characteres vniuerso in scripto conspiciebantur, hic quadringenti, quot in tabula sunt diuersi, numerari possunt, raroque accidit, vt bis character vnus in scripto repetatur, dum binæ literæ singulis characteribus exprimuntur, quare admodum arduum & difficilè puto, vt epistola absque exemplari, quo scripta sit, aliquo pacto interpretari possit: ratio verò cum facilis erit scribenti, tum facilior interpretanti videbitur. Sed antequam scribendi modum tradamus, tabellam primò, qua scripturi sumus constituemus. Quadratum itaque tali latitudine disponatur, vt vtriusq; latera in vicenas partes possint dissecari, vnde mutuò ex aduersis partibus in se transuersæ lineæ ducantur, vt quadringenta spacia comprehendat, quibus singulis,

gulis, singuli characteres includantur, inde in fronte tabulæ nostrum vnum alphabetum, alterum verò à latere descendês disponatur, & parata erit tabula, cuius forma est hæc.

Tabulæ cum omnibus characteribus plena descriptio.



Ea

Ea sic designata, pro binis epistolæ literis character in arca tabulæ positus, qui priori literæ subijcitur, & alteri è latere occurrit accipiatur: vel si ita libuerit è conuerso, vt alius character sit, re tamen amico explorata, idq; fiet donec tota sententia perscripta sit. Vbi charta sic fuerit exarata, tam erit scripti affectata obscuritas, vt Delio insigni natatore opus sit, ne interpres in scripto, tanquam in mari mergatur & suffocetur. Sed exemplo res clarior fiet.

MVLTIS CLADIBVS VLTRO CITROQVE DATIS ET ACCEPTIS, VNIVERSA PENE CIVITAS OCCVPATA EST RELIQVA NON SCRIBAM, SED IN CONGRESSVM NOSTRVM RESERVABO.



Amicus interpres, quemadmodum & vbiq; alias dictum est, eandem rationem seruabit, quam in scribendo debere esse præcepimus. Sed vt id facilius eueniat, gnomonis angulus inuento characteri, cuius crura oportunas literas hinc inde spectent applicetur. Vt verò characteres, cum opus fuerit, facilius inueniantur, & molestæ inquisitionis labor absit, nos omnes, quæ similes sunt ferè, eodē ordine apposuimus: quare eò interpres se conferat, quò notarum similitudo traxerit,

neq; verò tam similes notas effecimus, quin aliqua parte inter se dissimiles clarissimè videantur, vt non nisi cæcus discrimen esse non videat: quare admoto per totum ordinem indice, interpres facillimè characterem inueniet. Hinc paruo cum labore ingeniosis patere potest ecquid tota epistola, quamuis bene longa, vnico charactere comprehendi possit, quod fiet si numerus toties dimidio diminutus fuerit, quoties opus sit, vt fit in pariter pari, & in tabulam toties characteres reducantur. Quod equidem perfecissem, ni in immensum opus creuisset, & fastidium, in re præsertim minus superstitiosa legentibus fuissem allaturus: poterit tamen eas quisque, cum libuerit componere. Huic similis fit tabula gradibus formata, vt à primo gradu vbi A, vsq; ad vigesimum, vbi Z sit, indifferenter ascendatur & descendatur, vt pariter omnis literarum combinatio possit euenire. Cuius rei figuram, vt minus necessariam prætermittendam duximus.

CAPVT. XIIII.

Varij scribendi modi, quibus omnes ferè vulgo vti solent, tum alij ad idem exemplum à nobis excogitati.

ATTENTIOREM quæ hactenus scripsimus curam desiderant, nunc quæ minori cum labore in vsum recipi possint, vt etiam vulgo præter vsitatos modos aliorum demonstratione consulatur, suggeremus, ad quorum vsum quoties opus sit, negotio moram non patiente, celeritatis, & facilitatis causa quilibet confugeret. Sed primùm quibus modis vulgo vti solet, deinde quos ad id nos induximus, referemus. In Agrippæ igitur occultæ philosophiæ libris traditur hic breuiter numerandi modus, quem cum ad occultanda animi nostri sensa oportunum existimarem, hic annectere nõ piguit. Character vnus multarum poterit literarum fungi potestate, & alter diuersus semper ab altero spectabitur, quòd

nisi

niſi quis doli fuerit conſcius, non parum in interpretando elaborabit. Scribendi modus talis erit: Characteres viginti vel plures reperiantur, qui ſi ſummo & imo, dextris & ſiniſtris erectæ virgulæ adhæreant, eandem ſemper & figuram & poteſtatem retineant, & primum in capite virgulæ depingemus, qui ſiniſtram noſtri corporis partem ſpectet, ſecundum dextram, tertium in calce virgulæ etiam ad ſiniſtram, ſed quartum ad dextram. Nos nunc quatuor perſcribere contenti erimus, & ſubiecto exemplo rem clarius declaramus. Hi ſunt characteres.

a b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z



Scriptũ iam ſuperiori exemplo literarũ numerum, in quartã partẽ deducemus hoc modo: erunt ergo triginta characteres.



Alius etiam tritus eſt ſcribendi modus, quo ruſtici, mulierculæ, & pueri etiam vtuntur. Duæ per chartæ longitudinem rectæ lineæ deſignantur, mox totidem per latitudinem ad angulos rectos tranſuerſæ, & iuſtis ſpatijs diſiunctæ, vt diuerſarum figurarum nouem areas conſtituat, per has omnes alphabeti noſtri literæ diſtribuantur, vt in aliquibus ternæ, in aliquibus verò binæ collocentur, & omnes vna & viginti

sint, vel ex arbitrio, quorum ordo vel successiuus, vel intersitus sit, nos verò intermixtum dispositum. Figura erit huiusmodi.



Tali proposito schœmate, eius areæ singulæ iuxta faciem, quam gerent depingentur, vt exemplum indicabit.



Sed quia earum singulæ ternas, vel binas literas pro earum distributione complectuntur, earum vnaquæq; suo charactere pũctis distincta pro ordine, quemadmodum collocata sit, designabitur, vt si in charactere prima collocetur, vnico tantum puncto discernatur, si secunda duplici, si tertia triplici. Res exemplo clarior fiet.

a b c d e f g h i l m



n o p q r s t v x z

Hunc scribendi modum chabalistæ,& sacrarum literarũ scriptores induxerunt,& nunc in omnibus ferè rebus vulgares homines vtuntur, vt per tabernas passim circumferatur, ne dum inter prophana locum habeat: Eius vsus ab illis contractior

ctior magis obscuratur, vt vni nomini vnius character, sed implicatus respondere videatur, quod quia ad nostram rationem minime videtur pertinere prætermittimus. Verùm ne quid præteream, pueris peculiarior & magis proprius scribẽdi modus talis est, vt obscuritas solùm in vocalibus non expressis, sed in p litera, tot lineis intersecta, quot occultè vocalis ordinem demonstrent designatis: vt si A significanda sit, quæ prima vocalis est, p litera vnica linea in pede intersecta huiusmodi ꝑ designetur: Si E, quæ secunda, eadem litera consonans duabus lineis pari modo intersecetur. Aliter verò passim vulgus hoc scriptionis exemplo vtitur, dũ præpostero alphabeti ordine literæ exprimuntur, vt quæ vltima sit, primæ potestatem habeat, & quæ illam proxime præcedit, secundæ, & quæ tertia ab illa est, tertiæ, vt pro A, Z, pro B, X, pro C, V, & pro O, P reponatur. His vulgus passim modis vtitur, nos alios in eundem modum adijcimus, quorum vsum si amantes, vel alij alijs in rebus in epistolis admittant, tutius sibi consulant, vt illæ etiam interceptæ, parentibus vel alijs potius vanæ existimentur, quàm animi consilium detegant. Tres itaq;, quatuor, vel plures, ex nostris literis, quibus in scribendo rarius vtimur (cuiusmodi sunt H K Q X Y Z) inter syllabarum, & literarum coagmenta, & dictionum intercapedines interserantur, vt nulla prorsus dictio vel syllaba sit, quæ ociosis literis vacet, sic enim dictionum, verborumq; sensus maxime perturbabitur: vt non ita facilè, qui rei conscius non sit intelligat. Huius rei erit exemplum.

VRVNTVR MISERO PRÆCORDIA, ET NISI SVBVENTVM SIT, COGOR EMORI.

huxryquntkurh mhykifxeqzrzo phxræxkcozrhdiax hext nhixzsi kshubuzqenthxzum sxizt cxhogzohr exmzorhix.

Huic affinis alius tutior modus est, vt aliquãdo scripti perplexitas ab amico sine exẽplo solui possit, quod non inutile erit, cum

cum sæpe accidat, vt quæ gestentur, vel alicubi seruentur decidant, & amittantur, idque non parum obesse possit, si quãdo literis, quæ ad eam formam scriptæ sunt intercipiantur. Tria igitur, vel quatuor, vel plura verba quærantur, quibus notandis omnes alphabeti literæ exigantur, quæ amicus absens meminerit, vt inde diuersam omnem obscurorum characterum potestatem prima literarum elementa possint elicere, ea deinde designato in epistola loco, siue in fronte, siue in calce constitutis notis scripta committantur, tum tota epistola ad eam characterum rationem concinnetur. Potest & hoc aliter perfici, vt totum alphabetum in epistola punctorum interpositione dissimulatis dictionibus reponatur: Hic scribendi astus inter cæteros nullo modo videtur contemnendus, vt interdum nouis scribendi modis, etiam amico de ijs non admonito vti possimus.

CAPVT. XV.

Quomodo aliter transposito literarum ordine scriptum indissolubile fiat.

IAM paulatim ad eos scribendi modos ventum est, in quĩbus credibilius erit interpretum curã frustrari, quàm quicquam proficere, quod tertio loco facturos huius libri initio polliciti sumus. Primum itaq; se offert, vt hoc in literarum transpositione, quæ hic aliter fiet, quam proximis dictum est capitibus exigatur. Hæc scribendi ratio sic se habet. Posita primum thematis sententia, duo, vel tria, vel quatuor ex arbitrio verba deligantur, quæ medijs interuersus scripti spacijs ita supponantur, vt horũ singulæ literæ epistolæ singulis æquatis interuallis occurrant, quare oportebit versuum, & literarum spacia oportunè ad rei commoditatem distincta collocari, quod si earum dictionum notæ nostræ sententiæ literis numero non respondebunt, ea verba toties repetentur,

tentur, donec possint adæquari. Si aliter enim fiet, numerorum notæ pro singulis earum literis supponentur, quæ ordinem cuiusq; literæ earum iuxta alphabeti dispositionem innuat, charta deinde in qua scribendum sit, tot punctis iustis interuallis, & se recte intuentibus distincta designabitur, quot nostram sententiam literæ complebunt, mox prima thematis litera primæ verborum, quibus scriptum occultatur, accepto numero, quota in alphabeto fuerit, respondenti punctorum ordine reponatur, vt si nostræ sententiæ prima litera sit A, vel B, verborum verò, quæ extrinsecus sumuntur prima pariter sit C, vel D, quorum altera tertio, altera quarto loco in alphabeti ordine collocatur illud A, vel B tertio ad earum rationem, vel pari modo quarto puncti loco in charta disponatur, idque fiat donec totius epistolæ verba absoluantur. Aduertendum tamen est, vt rectus in scribendo ordo seruetur, vt vna litera, vel charactere posito postmodum in numerandis literarum ordinibus inde sumatur initium, vbi nouissimus character relictus est, donec ad postremum versus punctum peruentum sit, tum relictis initio spacijs, retro vt ordinum numerus compleatur, redeundum est, hoc tamen cauebitur, vt occupata punctorum interualla prętereantur, ne iterũ sumerentur. Verùm totum hoc subiecto exemplo clarius indicabitur.

POST BELLO MAXIMO ACERRIMOQVE CONFLATO, ET MVLTIS INSVLIS MARIS CAPTIS VEXATISQVE, EXTERNAS ET NOSTRAS REGIONES SVBIGERE CEPERVNT.

Hæc verba, vt in hoc modo scripto occultentur, talis sententia pro claui statuetur. CASTVM FODERAT LVCRETIA PECTVS, cui subiungatur ALGAZEL, vt barbarum nomen, vt non ita facilè menti occurrat.

POSTBELLOMAXIMOACERRIMOQVE
castumfoderatlucretiapectu
CONFLATO,ETMVLTISINSVLISMAR
salgazel, castumfoderatlucre
ISCAPTISVEXATISQVE,EXTERNAS
tiapectusalgazelca,stumfode
ETNOSTRASREGIONESSVBIGERECE
ratlucretiapectusalgazelcas
PERVNT.
tumfod.

Possunt & horum verborum cuiusq; literæ numeri in clauis locum (vt dictum est) facilitatis causa succedere.

POSTBELLOMAXIMOACERRI
3 1 17 18 19 11 6 13 4 5 16 1 18 10 19 3 16 5 18 9 1
MOQVECONFLATOETMVLTI
14 5 3 18 19 13 1 10 7 1 21 5 10 3 1 17 18 19 11 6
SINSVLISMARISCAPTISVEXA
13 4 5 16 1 18 10 19 3 16 5 18 9 1 14 5 3 18 19 17 1 10 7
TISQVEEXTERNASETNO
1 21 5 10 3 1 17 18 19 11 6 13 14 5 16 1 18 10
STRASREGIONESSVBIGE
19 3 16 5 18 9 1 14 5 3 18 19 17 1 10 7 1 21 5
RECEPERVNT.
10 3 1 17 18 19 11 6 13 4.

Tum in hanc rationem centum & vndecim *punctis constitutis*, sic scriptum concinnabitur.

iapox...fl.....m.s..i.o..q.
...m..a..t...r.....u....oo.ab.et
.....e..e..lc.....e.....l....o.
eo.m....r....n....r

Puncto-

Punctorum omnium spacia non impleuimus, vt eorum pariter & literarum rationem exemplo commodius redderemus. Hactenus enim hæc tantum verba scripta sunt.

POST BELLO MAXIMO ACERRIMOQVE CONFLATO Et

Verùm ne, quod reliquum est prætermittam, thema inferius integrum reponam. Ratio interpretandi. Cognito clauis themate in eandem formam amico interpreti facillime liquebit. Sed quoniam dictum est hanc rationem scripti aliter, quàm superiora se habere, discrimen tale assignabitur, qui ibi curiosè obseruatus, literarum ordo facile deprehendi poterat: clauis cum quo scriptum claudebatur, simul cum scripto erat, hîc verò aliter interpretem propè diuinum esse necesse est, vt rationem, qua scripto occultatur intelligat, aperiendi sensus claue tantum apud amicum seruata, quæ scriptionis formula pro clauis commutatione, semper commutabitur.

Iapoxaeqflprruexsimnsneiioalqaltomaraet
sistttiseuniebootabsetcirsctneeseeilcciso e
ummuralsrnoecopmtxturegsgnnsur.

CAPVT. XVI.

Quomodo aliter clauí vtendum sit, sine qua scriptum non possit aperiri.

PRÆDICTO affinis est hic alius scribendi modus, qui inter cæteros alienus circumfertur, quem (quia parem astum præseferre videtur) hîc ex multis vnum duxi reponendum, est etiam adeo inuolutus, vt quàmuis etiam furtiui scripti species non lateat, nequaquam sit, qui proprius eius cognoscendi modus intelligatur, fietque potius, vt quò magis eius perplexitatem quis explicare conetur, eò magis

interpretando ambiguus feratur. Scribendi ratio talis est. Tabella primo in hanc formam parabitur: Vndecim per chartæ latitudinem sectiones accommodentur, quarum omnes elementorum characteres in duas æquas partes diuisos contineat, quorum ordo ex arbitrio disponatur, modò nullum elementum præteritum sit: modus tamen seruabitur, vt inferiores superioribus mutuò respondeant, mox horum ex latere per vndecim sectiones totius rursus alphabeti clauis disponatur, vt literæ duæ & viginti collocentur: poterunt tamen viginti esse modo numero pares sint, vt minus necessariæ eximantur, & quibus quoquomodo carere possimus careamus, vt quemadmodum superius factum est, & hîc fiat, quod si viginti erunt, tum sectiones decem fient, poterunt & sectiones septem fieri, & literæ vna & viginti sint, vt ternas singulæ recipiant, siue binæ, siue ternæ huius alphabeti literæ sint, vel simul in eadem linea, siue superiori, siue inferiori coniungentur, vel quoquomodo in vtraquæ linea disponentur.

LITE-

LITERÆ SCRIPTI

LITERÆ CLAVIS

AB	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	n	o	p	q	r	s	t	v	x	y	z
CD	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	z	n	o	p	q	r	s	t	v	x	y
EF	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	y	z	n	o	p	q	r	s	t	v	x
GH	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	x	y	z	n	o	p	q	r	s	t	v
IL	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	v	x	y	z	n	o	p	q	r	s	t
MN	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	t	v	x	y	z	n	o	p	q	r	s
OP	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	s	t	v	x	y	z	n	o	p	q	r
QR	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	r	s	t	v	x	y	z	n	o	p	q
ST	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	q	r	s	t	v	x	y	z	n	o	p
VX	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	p	q	r	s	t	v	x	y	z	n	o
YZ	a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m
	o	p	q	r	s	t	v	x	y	z	n

In hanc formam parata tabella, quæ amico cognita sit, verba extrinsecus, quæ scriptum aperiant, vt in superioribus factum est, vtrinq; nota capiantur, hæc quo magis ab hominum cognitione remota fuerint, tutiorem scripto cautionem præstabunt, quare ad hæc fugienda sunt prouerbia, quæ in ore vulgi versantur, ne si furtiui scripti species cognoscatur, modus inde pariter aliquo modo cognosci possit. Huius loci est referre superioribus diebus in hunc modum missam epistolam a sciolo quodam, qui Romæ agebat, cum eius admiratione eadem hora, qua literas accepi, me fuisse interpretatum, cuius rei causa fortasse esse potuit, quod dictum index scripti hoc erat. OMNIA VINCIT AMOR, quæ sententia prouerbij vice, nemini ferè non cognita est. Tabellæ itaq; huius, & indicis vsus sic se habet: Epistolæ verba in prima charta interpositis literarum spacijs per totum lineæ versum componantur, sic deinde & alij versus fiant, donec omne id quod scribendum est perficiatur, relictis tamen (vt in proximo capite admonitum est, iustis interuersus spacijs, quibus dictũ est ad eãdem rationem inseri possit. In hunc modum arca simul & claue parata, ea tali ratione occludetur: Primum clauis prima litera in suo quæratur alphabeto, ea inuenta deinde scripti litera in illius sectione requiratur, pro ea tum, si superius posita sit, inferior, quæ mutuò occurrit ex aduerso, si superius inferior assumatur, ea sic chartę commissa, in alijs pari modo procedetur, donec tota epistolæ sententia perfecta sit. Res exemplo clarior liquebit. Epistolæ verba sunt hæc.

BELLA FORTISSIME GESTA SVNT, ET BELLIS PARTIM COMPOSITIS, PARTIM ETIAM CONFECTIS PAX EST SEQVVTA, SED HANC FELICITATEM DVCIS MORS TVRBAVIT.

Post hæc dictum index statuatur.

CASTVM FODERAT LVCRETIA PECTVS ALGAZEL.

Illud

Illud in hunc modum sub scripti verbis disponatur.

BELLAFORTISSIMEGESTASVNTETB
castumfoderatlucretiapectus
ELLISPARTIMCOMPOSITISPARTIM
algazelcastumfoderatlucreti
ETIAMCONFECTISPAXESTSEQVVT
apectusalgazelcastumfoder a
ASEDHANCFELICITATEMDVCISMO
tlucretiapectusalgazelcas t
RSTVRBAVIT.
umfoderatl.

Vt vero clauis scripto eximatur, proposito tabellæ indicio sic fiet. C prima litera indicis in secundo sui ordine inuenta, primam scripti literam, quæ B est, & pro ea suppositam N indicabit, tum hæc pro B obscuræ epistolæ reponatur : In hunc modum totum occultè scriptum ex aperto elicietur: & hoc erit.

Nroop ndmhtbfntt sxhdu fech ve rrstxe eufgnp rgxichogul azaint rbtzp rlaoopfil duf vda hyel dgq ltp hyiy fynusz dumoz rlynf plem icfzrhum.

Modus hic quàm multiplicem scribendi varietatem suggerat lector poterit intueri, vt nunquam ferè pro eadem litera eundem characterem positum agnoscat, amicus in interpretando eundem modum (vt in multis dictum est) seruabit. Scribendi hæc ratio cum proxima hoc commune habet, quòd dicto aliunde assumpto, vtraque occluditur, in hoc verò differt, quòd illa proprias scripti literas, hæc verò non literarum positione, sed substitutione etiam obscuratur.

CAPVT. XVII.

Modus, quo dictio vna alteram significat.

SVPEREST nouissimum scribendi genus, quo scriptum præter difficultatem, qua se satis tueri possit suspicione etiam carebit, quod quarto loco polliciti sumus indicare. Hoc absoluto, nil amplius erit, quò minus huius libri expectationi pro viribus satisfeciſſe videamur. Quæ pars quoniam inter cæteras maximè cautionem præstat, non immerito ea nobis in hunc locum reseruata, vt recto ordine processum esse videatur: quare in arduis, maximisque rerum negotijs eius vsus præcipuè sibi locum vendicabit, vbi scriptum sua se obscuritate, & simulatione tuebitur. Id genus scripti, quemadmodum & aliæ res, plures sunt species, ex quibus nos aliquot, quæ præcipuæ videbuntur apponemus. Earum prima occurrit, quæ varijs fabulosisque verbis inuoluitur, quippe cùm vocabula quædam amici sibi cònfinxerint, tutò inuicem loquuntur, quod & si literæ intercipiantur, quotquot ingenia fuerint, non solum tot applicabunt sensus, sed vnum tantum infinita quadrare faciet, & quanto subtilius inuestigabit, eò à re longius abibit. Nam de Apolline, Daphne, pharetris, corollis, & floribus enunciata, de regibus, ciuitatibus, telis, arcubus, militibus, & cladibus intelliget: euenietque vt epistolam scriptam si quis reperiat, verbis delusus, multa, eaque loqui faciet, quæ nunquam scriptor putauerat. Quare antequam vlterius progrediamur, exemplum edocebimus. Apollinem itaque Regem vocabo, Galliam Scorpionem, hostes caudam, musas pro militibus, pro decade vnitatem, & osculari pro interficere ponam. Iccirco si scripturi erimus.

„ Scito Regem consueto itinere ad suam se conferre vr-
„ bem è Gallia longe, veritum hostium insidias ne proda-
„ tur, noscit enim eos sibi fore infestos, sceptum nanque

perdere,

„ perdere,ciuitatem depopulari,& omnes in ſui exitum con-
„ ſpirare. Nonaginta milites, qui caſtri portam cuſtodiunt,
„ necabuntur, eaque primo capta facile traducto exercitu
„ ac ſtrato ponte arx capietur. Claſſis enim ſecundo vento
„ concitata, magnaque vi remigantum ſubibit portum,ca-
„ pientur mulieres,& homines,& ciuitas funditus eruetur,
„ vt nunquam erigatur. Ipſe autem meo nomine tabellari-
„ um mactato.

In talem formam conuertemus.

„ Scito Apollinem ſignorum ordine Leonem ſubire, longe
„ a Scorpione,ſuæ vim caude noſcens,ſenſit enim alium ſuo
„ lauro tempora præcingere,& monte potiri: oſculabuntur
„ tacitè nouem Muſæ,quæ pendicibus præſunt, & facile ad
„ fontem deuenient. Vnde montẽ totum perambulabũt, ve-
„ niet enim rapacium auium turba ſecunda, aura ſic flores,
„ herbaſque deſtruet,fons ita exareſcet, vt verear an alius vſ-
„ quam poeta labra profluat. Tu verò pro me tabellionem
oſculator. Quod ſi forte non familiarum,& neceſſariarum re-
rum,videlicet Apollinis,fontis, muſarum, vel ſimilium me-
miniſſe intuentes faciat omnes de rei ſuſpicione ſollicitos,
poterit idem ad familiares res traduci, vt minus dolum, vel
fucum redoleant. Huiuſmodi aliter exemplum.

„ Scito Marcelle dulciſſime Fabricium Neapolim venturũ
„ longe à nemoribus,graſſatores & fures timentẽ, cum bona
„ ſua hîc audiet ſubrepta, ancillulas amari, ſic ad ſorores &
„ coniugem deuenturos,multi enim ſuperueniunt,cum faci-
„ lem rapinã audient, ſic domus,coniux,& ſorores diſpergẽ-
„ tur,vt nunquã amplius ſimul ſint, tu meo nomine tabella-
riũ amato. Quotus autẽ erit quiſq;„ qui ſi Caſtalij fontis,mu-
ſarum,ſororũ,& coniugum mentionem factam audiet,putet
præliorum,ciuitatũ,& arcium expugnationes ibi recenſeri?
Quis enim humanorũ cordiũ latebras aperiat, & ea perſpici-
at quę ſunt duo inuicẽ ſecretò collocuti, verbis nõ exprimẽ-

tibus? scio equidem qui literas intercipient, sibi videre videri, dum talia perlegent, ibi somnia recenseri. Poterit si quis velit dictiones literarum elemento vel signo describere, dummodo absens exemplum habet, hoc scribendi modo omnes ferè huius ætatis homines vtuntur. Amantes etiam sæpe pluribus præsentibus aut historiam, aut eorum amorem narrant, ac alienis nominibus de se & amica loquuntur, ne eorum amores deprehendantur. Paris apud Ouidium in epistola ad Helenam hoc testatum reliquit.

Ah quoties aliquem narraui potus amorem,
Ad vultus referens singula verba tuos.
Iudiciumque mei ficto sub nomine feci,
Ille ego, si nescis, verus amator eram.
& alibi.
Neue aliquis verbis odiosas afferat aures,
Quam potes ambiguis callidus abde notis.

Etiam alio vti poterimus occultandi modo adhuc vsitatissimo, cuius regula talis est. Eiusdem typi duo parentur libri, cuius alterum amicus apud se, alterum nos domi contineamus, in hoc charta aliqua ex vniuerso erit eligenda, in qua scribere volumus, eiusque numeri prius conscium amicum reddamus, vel dierum mensis, & anni, vel alterius rei numero, qua habita, vbi nostram sententiam breuiter perstrinxerimus, in statutis illius paginæ locis, ea vel similia verba reperiemus: & tandiu paginas vel lineas permutabimus, donec totum scripto tali commutemus, quod vbi fecerimus, denuo à summo capite rem aggrediemur, & verbum eadem linea præcedens, vel subsequens, vel numero distans aliquo accipiamus, ac denuo scribemus, alia consurget epistola, sed diuersę sententiæ. At cum sine ordine, & sine vera aliqua significatione veniet, sic eam accommodabimus. Multa inseremus verba, vt ordine aliqua significent, & vt superuacua noscatur ab amico, linea notabimus, vel signo aliquo in calce,

vel

vel inter duas parentheſes, accentu, maiuſcula in primis litera, vel aliquo ſigno: reliqua verò verba permutare poſſumus, tempora, numerum, caſus, perſonas, & genera peruertendo & accommodando, vt congrua magis conſurgat oratio. idq; tandiu faciemus, dum totam conſarciamus. Libri, quibus vti poterimus, verborum omnium generibus ſcateant, vti Cicerone, Plinio, Rhodigino, Ouidio & cæteris ſimilibus. Sed exemplo res fiet clarior.

„ Africam abſterreri clementia infantium audiui, fœminam
„ indignam mulceri pœna, generoſiſſimum iracundia fla-
„ gellari, generoſitatem ſolam in periculis ſpectari. Auguſti.
„ XVI. hora VIII.

Si Plinium legimus octauo libro capite XVI. Baſileæ ex officina Frobeniana impreſſum, id reperiemus ſequentibus verbis peruertendo.

„ Vrbs eadem in ſupplices non (iratos) multorum profugit,
„ ea alloquitur verum cuique eorum vi maxima, & tuetur
„ ſe, coacta poteſt capi.

CAPVT XVIII.

Modus quo vna oratio ſub alia bracteis perforatis occultatur.

ALIVM quoq; docebimus modum ſcribendi cautiſſimum, qui nec cuiq; erit veſtigabilis, nec videntem quenquam occultæ fraudis conſcium reddet, qui feneſtrata erit lamina, & interpoſitis literis, & ſyllabis & dictionibus ocioſis ſcripti partes hinc inde diſpergentur. Ratio talis erit. Duæ ex ferro, vel ex ſtanno, vel plumbo, vel membrana bracteæ comparentur, quarum magnitudo pro ſcripti quantitate eſſe poterit, quare expediet eam ad latæ chartæ magnitudinem æquari, ne ſi proſixius ſcriptum futurum ſit, eadem lamina ſæpius applicetur, eadēq; ſemper ſpacij mēſura inter opportunas

tunas literas interſit, vtranque altera alteri ſuppoſita, & firmiter inhærente, ne error ſit, binis per latitudinem literis deſignabitur, inter quas iuxta corporis lineæ intercapedo ſit, quibus interuerſus ſpacijs hoc facto lamina ex arbitrio paſſim incidatur, vt tantum inſit vacuum, quantum ad continendas ſimul oportuni ſcripti partes eſſe velimus, hoc tamen inane ſpacium ſemper (vt ſignificatum eſt) variabitur, vt modo maius, modo minus, modo literam vnam, modo ſyllabam, modo dictionem, modo eas plures capere poſſit, idque fiat, quouſq; ſic tota lamina hinc inde vacuetur. Ea in hunc modum formata typographi vtuntur, dum nigris impreſſis literis, alias rurbi coloris inducunt, ne tota charta eo colore occupetur: Vtraque confecta lamina, altera retinebitur, altera penes amicum ſeruabitur. Scripto itaque, quo anguſtius eſſe poterit confecto (breuitas enim furtim ſcripturo maximè conuenit) bracteæ vſus talis erit. Ea papyro ſuperpoſita & firmata, per feneſtras & vacua literæ inſcribẽtur, dum totum id, quod ſcribendum ſit, illis poſitum ſpacijs abſoluatur. Scriptum ſublata lamina tale erit, vt verba hinc inde diſperſa accipiantur, tum earum literarum quæ caudatæ, vel criſtatæ fuerint, cuiuſmodi ſunt p & d lineamenta ſurſum & deorſum protrahentur. Hoc peracto chartæ inania ocioſis literis, ſyllabis, & dictionibus complebuntur, ita tamen totius ſcripti neſcius fuerit, vt verba perfecta ſint, quæ, quò magis ſimulata erunt, eò vt aliud longè diuerſum dicere videantur, & eò meliora videbuntur, quò minus ſuſpicionis habebunt, quare tandiu ſcriptum delebitur & accommodabitur, dum totum perficiatur, vt congrua & continuata orationis ſtructura eſſe videtur. Vt verò interpreti paginæ occultæ ſcriptum reddant, quatuor punctis, quæ ſignatæ bracteæ finibus firmiter inhæreant, deſignentur. Sed vt exemplo res melius indicetur, noſtri ſcripti verba ſubijciamus.

MILITVM INFINITVS EST EXERCITVS, AC

PRO-

PROPE DIEM INIEVNT BELLVM, EXPLORATORES OMNES DEPREHENSI SVNT, CAPITE POENAS DEDERE. Apertæ bracteæ forma hæc erit.



Commisso super eam scripto, sic epistolæ partes positis interuallis dispergentur.

Mili tu m infin
i tus est exerc itus
ac prope diem ini
bunt be llum, ex plo rato
res omnes deprehen si su nt,
capite pœn as de dere.

Verum impletis ociosarum literarum spacijs, in vtrunque sic prodibit oratio, duplicis orationis ex industria exemplum apposuimus, vt commodius liqueret, quilibet ad omnia verba seruato etiam literarum nexu posse accommodari.

Gratæ *Mili* sie *tuæ* fuêre literæ, presertim cum *infini* scriptus *est* ludus, quo se *exercet* Titus noster familiaris, *ac prope* modum in *diem inimicus*, propterea ama *bunt bene illum*, si is *exemplo* eorum, *ratoque* modo *res omnes deprehendet*, at *si sumunt* alij rem à summo *capite*, eum *pœnitebit* illas amplius *deridere*.

vale.

Idem aliter etiam sic.

Honor *Militiæ tuus* fuit Carolus pater, *nam* cum *infimo victus est*, cum minima *exercitu inuitus* parte hostis fugit, *ac prope* vltimum *diem iniurius* peribit, *necabunt Bere illum*, atque *extemplo* puer *Arato* peribit, *res omnes deprehensæ* bonæ *si sunt*, *arte* Syllam, & optimo *capite* non *pœnitentias* amplius *decidere* sperabit. vale.

Amicus verò interpres superposita bractea per fenestras occultatam sententiam conspiciet, cuius exemplum, vt in posterum seruetur, ea amota alio transcribet. Poterit & hoc aliter fieri in constituta cuiusuis libri pagina magis opportuna, eæ tantum literæ, syllabæ & dictiones, quæ primæ occurrunt, & ad id explicandum quod voluerimus necessaria sint eligantur: quousq; tota epistolę sententia eliciatur, oleo deinde vel cera pellucida charta comparetur, ea libri folio superposita, omnia selectarũ partium emicantia spacia lineolis attramento ductis designentur, hæc tamen charta mitti poterit, quod si eam oleo vel cera pollutam mitti non libeat, eius loco alia capiatur, quæ sub eam firmiter inhærente aliquo stylo ad indicandas literas comprimatur, & earum deinde signa atramento protrahantur, eam deinde interpres, vt diximus, vel oleo vel cera pellucidam faciet, quę suppositа & firmata subiectas partes indicabit: Sic quod significatũ est agnoscetur, hoc etiam ante circino vacua primum, deinde plena spacia dimetiente efficietur, vel aliter vt commodius fieri *poterit*.

CAPVT XIX.

Abditissimus per synonyma, vel paria verba scribendi modus.

INTER cęteras scribendi technas, quę in vsum esse solent, nequaquam contemnendæ subtilitatis cuiusdam abbatis

Tritemij

Tritemij aſtus eſt,in quo abſoluendo ingens ferè totum volumen ſimul abſoluit, cuius rationem, ne quid inſtituto operi deſit, à me prius cognitam, quàm alibi tractatam ſcirem, nolui prætermittere, tum quia res negligi minimè digna viſa eſt, quod ad euitandam ſuſpicionem valeret, tum etiam quia id ipſum aliter nos & cõmodius,quàm ille ſumus proſequuti,nam quemadmodum is rem in religioſè orationis formam redegit, nos in epiſtolæ modum magis opportunum, quod minus præterea ſuſpicionis habebit, concinnauimus, linearum præterea,punctorum,& aliorum ſignorum,quæ in epiſtolis fieri ſolent, alphabeta adiecimus, vt ſcriptum anguſtius eſſe poſſit; ne ſemper pro litera verbum poneretur. Verùm *in hoc nobis* tanto breuiores eſſe licuit, quanto pauciores *ille id* genus ſcribẽdi modos excogitauit. Vt ad rem itaq; accedamus. Propoſito ſeriæ epiſtolæ themate, cuius verba concinna tot numero ſint, quot à noſtro iudicio adiectis lineis,punctis,alijſque id genus ſignis,quæ in epiſtolis fieri ſolent, ſeriæ totius epiſtolæ literarum numero plus minus videbuntur reſpondere. Noſtræ ſententiæ nos dictiones paulo plures quinquaginta induximus, quod eum numerum ſatis eſſe exiſtimauimus,qui cum lineis punctis,& alijs ſignis ſexagenarium perficeret, tum cuiuſq; verbi vicena tantum, vel vicena ſingula, vel bina & vicena, *ſynonima* vel paria verba, quod literarum *numerus in alphabeto ſatis eſſe* videbitur componantur, neq; enim vt aliâs dictum eſt, multum in furtiuis ſcriptis circa orthographiæ modum laboramus,dum *in hoc interdum* peccandi nobis licentiam permittimus,modò maius rerum diſcrimen euitemus,quam etiam merito excuſationem in ſynonimis expoſcimus, ſi proprietas & ratio latini ſermonis ſeruata non fuit,quod ea res parum nobis debuit faceſſere,tum quia id ipſum non facilè fuerat,tum etiam quia quærimus potius quomodo quid vtcũq; ſignificare poſſimus, quàm vt per propria verba recte explicemus: ea itaque ſynoni-

synonima vel paria verba in ordinem pro epistolæ concinnitate disposita in tabulas, rite præpositis à latere literarum alphabeti characteribus, vt singulæ verbis paribus singulis adhæreant referentur, donec id in omnibus dictionibus absoluatur, & tota epistola suis partibus perfecta sit. Hoc facto prius religionis nostræ signum, vnde mos est scribendi initium sumi, mox principij notam, puncta, & alia non inoportuna id genus signa suis locis in epistola collocanda in vicenas pariter formas præpositis literis eadem simulatione variabimus, vt ne illa quidem ociosa sint, sed literarum potestatem furtim mutuentur. Tabulæ itaque eo ordine procedant, vt primùm religionis nostræ signa, mox principiorum notæ, tum simulatæ epistolæ verba, & inter hæc puncta, aliaque id genus disponantur, earum exemplum absoluto capite prosequemur. Sic confectis & ordine compositis tabulis scriptori in hunc modum vti conueniet, prima seriæ epistolę, seu schedulæ litera in primo indice, vbi crucis signum variabitur, quæsita, quæ in eius locum figura erit posita, pro ea simulato crucis signo primum epistolæ fronte suo loco collocabitur, mox in succedentis locum eadem potestas in sequẽti tabula inuenta, cum appositio initij indice commutabitur, sic tertia in tertio tabularum ordine litera, & quarta in quarto requiretur, & scripto collocabitur, donec in hunc modum tota epistola perscripta sit. Verùm videndum est, ne duæ literæ in eadem columna requirantur, neùe aliqua tabella omittatur, quòd vt commodius euitari possit, proderit singulis primùm seriæ epistolæ literis, mox etiam tabulis figillatim numerorum notas apponere, quod si serij scripti literę tabulis numerorum erunt æquales, tabellarum numero repetito epistolę literas æquari debere. Quod si tabulæ semel positæ non erunt satis, & repeti erit necesse, alia epistola in alia charta reponatur, ne suspicio sit in verbis paribus in eadem charta positis. Res vt liquidior fiat, exemplo comprobabitur

babitur. Quarè noſtri propoſiti verba ſunt hæc.

HOSTIS IN ITINERE OBVIAM FACTVS EST, CVMQ. DIV PVGNATVM ESSET, TERGA DEDIT.

Epiſtola, quæ verba occultabit, hæc erit.

✝

L. Accepi literas tuas dilecte & chariſsime Põpeie Seuerine idibus Feb. per Tiburtium tabellarium tuum, Illico percepi voluntatem tuam, equidem gratulabundus prudenter parui, præbui *ea ratione* tuo nomine Lelio creditori tuo mille & *quinque aureos* ex emptione, ſi quidpiam vacat, expoſcito, *& obtemperabo* permotus ſuaui, iucundaque beneuolentia amicorum tuorum. iube ſim certior de tuis rebus, vt ſimul congratuler vel dolorem ſentiam. Vale.

Datum Neapoli. 5. Februar.

1560.

Tuus fidelis Baptiſta porta Neapolitanus.





Variatæ tabellæ per numerum literarum.

1	2	3
a	a	a Recepi
b	b	b Aſpexi
c	c	c Percepi
d	d	d Habui
e	e	e Nactus ſum
f	f	f Cognoui
g	g	g Concepi
h	h	h Perſpexi
i	i	i Intellexi
l	l	l Sumpſi
m	m	m Aſſumpſi
n	n	n Percurri
o	o	o Suſcepi
p	p	p Reſumpſi
q	q	q Proſpexi
r	r	r Vidi
s	s	s Accepi
t	t	t Perlegi
u	u	u Legi
x	x	x Reſpexi
y	y	y Conſpexi
z	z	z Noui

a literam



4	5	6
a literam	a dulcis	a et
b epiſtolas	b honorate	b atq; etiam
c ſyngraphas	c amate	c perinde ac
d paginam	d ſuauis	d &
e paginas	e lepide	e idemq́ue
f literulas	f humane	f ac etiam
g ſchædulam	g probe	g ac
h ſchædulas	h ſpectate	h atque
i epiſtoliũ	i dilecte	i æque ac
l tabellam TVAM	l magnanime TVAS	l atq. TVVM
m ſcripturam	m iucunde	m que
n ſcriptum	n magnifice	n q;
o chyrographum	o ornate	o q́ue
p chartas	p honeſte	p q;
q chartulam	q exculte	q q.
r chartam	r docte	r q́.
s epiſtolam	s prudens	s &
t literas	t prouide	t atq;
u tabellulas	u ſincere	u et ſimul
x chartulas	x manſuete	x ſimul ac
y tabellas	y ingenioſe	y ac ſimul
z ſyngrapham	z optime	z ſimulet



7	8	9
a Illuſtriſſime	a Fabrici	a Porta
b familiariſsime	b Vincenti	b Penna
c chariſsime	c Baptiſta	c Caracciole
d ampliſſime	d Federice	d Seuere
e feliciſsime	e Iacobe	e Leone
f ſplendidiſsime	f Petre	f Carafa
g excellentiſſime	g Alfonſe	g Valla
h celeberrime	h Franciſce	h Belle
i clariſsime	i Antoni	i Seuerine
l munificẽtiſsime	l Cæſar	l Vrſe
m acutiſsime	m Hieronyme	m Benigne
n grauiſsime	n Pompeie	n Capua
o integerrime	o Dominice	o Profecto
p benigniſsime	p Scipio	p Marate
q clementiſsime	q Nicolae	q Miline
r modeſtiſsime	r Carole	r Venuſine
s eruditiſsime	s Nute	s Vicine
t ſolertiſsime	t Alberte	t Venete
u morigeratiſsime	u Ioannes	u Poeta
x præſtantiſsime	x Alexander	x Senenſis
y gratiſsime	y Auguſtine	y Taruiſie
z amiciſsime	z Ptolomæe	z Mazzella

a pridie



10	11	12
a pridie *calendas*	a Ianuarij	a Sempronium
b *calendis*	b Februarij	b Tiberium
c *octauo idus*	c Martij	c Tullium
d *ſexto idus*	d Aprilis	d Lucium
e quinto idus	e Maij	e Liciſcam
f quarto idus	f Iunij	f Palemonem
g tertio idus	g Iulij	g Simeonem
h pridie nonas	h Auguſti	h Ludouicum
i quarto calendas	i Feb.	i Trebatium
l ſexto calendas	l Octobris	l Petreum
m ſeptimo calẽdas	m Nouembris	m Tyronem
n nono calendas	n Decembris	n Tiburtium
o octauo calendas	o Quintilis	o Theſeum
p decimo calendas	p Sextilis	p Artemidorum
q vndecĩo calendas	q Septembris	q Haly
r *duodecĩo calẽdas*	r Iul.	r Petronium
s decĩo 5. calẽdas	s Ianu.	s Quirinum
t idibus	t Aug.	t Sextum
u tertio nonas	u Mart.	u Ioſephum
x quarto nonas	x Apri.	x Valerium
y decĩo 3. calendas	y Mai.	y Franconium
z quinto calendas	z Iun.	z Pontanum



13	14	15
a tabellionem	a	a ſubito
b libertinum	b	b cito
c ſeruum	c	c extemplo
d ſecretum	d	d ſtatim
e tabellarium	e	e illico
f clientem	f	f continuo
g hoſpitem	g	g confeſtim
h libertum	h	h mox
i manumiſſum	i	i eueſtigio
l amicum	l	l ocyſſimè
m vernam	m	m maturè
n contubernalem	n	n prepoperè
o aſſiduum	o	o raptim
p delatorem	p	p citius
q nuncium	q	q citiſſimè
r fidelem	r	r velociter
s domeſticum	s	s feſtinè
t mancipium	t	t repentè
u miſſum	u	u celeriter
x intimum	x	x preſto
y conſcium	y	y inopinatè
z beneuolum	z	z ex improuiſo

TVVM

a maiuſcolis hinc incipiendum

a vidi



16	17	18
a vidi	a rogatum	a certè
b inſpexi	b voluntatem	b indubitanter
c intellexi	c conceptum	c nempe
d agnoui	d deſiderium	d nimirum
e conſpexi	e mentem	e mediusfidius
f perſpexi	f intentionem	f ædepol
g accepi	g dictum	g ſanè
h hauſi	h præceptionem	h porrò
i excepi	i rogatum IVVM IVAM	i planè
l prouidi	l optatum	l profecto
m animaduerti	m cogitationem	m enimuero
n noui	n affectionem	n quidem
o percepi	o propoſitum	o dubio procul
p penetraui	p intentum	p quippe
q perpendi	q poſtulatum	q verùm
r concepi	r animum	r indubitatè
s inueni	s deliberationem	s pol
t cognoui	t iuſſum	t me hercle
u conſideraui	u conſilium	u equidem
x didici	x petitionem	x cæterum
y expendi	y præceptum	y perpol
z habui	z mandatum	z clarè

a cupidus



19	20	21
a cupidus	a prudenter	a obediui
b auidus	b vigilanter	b obtẽperaui (daui
c optans	c ſedulo	c excutioni man-
d appetens	d prouidè	d ancillatus ſum,
e exoptans	e perfectè	e morigeratus ſum,
f gliſcens	f deliberatè	f rem peregi,
g concupiſcens	g ſingulariter	g rem geſsi,
h geſtiens	h alacriter	h egi rem,
i gratulabundus	i hilariter	i obſecutus ſum,
l anhelans	l audacter	l obediui,
m ardens	m integrè	m parui,
n exardens	n amicè	n executus ſum,
o inflammatus	o amanter	o perfeci rem,
p incenſus	p facilè	p obediens fui,
q exardeſcens	q gratioſè	q prouidi mẽdato,
r præcupiens	r attentè	r ſeruiui,
s attendens	s fideliter	s inſeruiui,
t gaudens	t excellenter	t obſequens fui,
u lætus	u optimè	u obſequentiſsimus
x cupidus	x gaudenter	x morem geſsi (fui;
y deſiderans	y principaliter	y parens fui, ti,
z lætabundus	z præcipuè	z obſequium preſti-

a dedi



22	23	24
a *dedi*	a ea ratione	a te iubente
b *adhibui*	b ea causa	b tua causa
c *substitui*	c eam ob rem	c tuo nomine
d largitus sum	d proinde	d tua gratia
e permisi	e sic	e iussu tuo
f præbui	f quapropter	f mandatu tuo
g obtuli	g ideo	g nutu tuo
h prætuli	h itaq;	h tuo obsequio
i attuli	i igitur	i tuis verbis
l absolui	l quamobrem	l tuo iussu
m solui	m ea propter	m tua gratia
n retribui	n ea de causa	n tuo consilio
o consignaui	o ob eam rem	o tuo mandatu
p obsignaui	p iccirco	p tua voluntate
q exposui	q propterea	q tuo libitu
r contribui	r eam ob causam	r te monente
s elargitus sum	s quas ob res	s te volente
t donaui	t quo circa	t tuo commodo
u porrexi	u qua re	u te mandante
x concessi	x ex hoc	x tuis literis
y misi	y hanc ob rem	y tui amore
z tribui	z inde	z te præcipiente



25	26	27
a Philippo	a fideli	a centum
b Vincentio	b amico	b duobus centum
c Antonio	c ſodali	c ſepties mille
d Ioanni	d familiari	d quatercentum
e Fabio	e conſorti	e tercentum
f Flaminio	f collegæ	f bis centum
g Petro	g ſocio	g octies mille
h Franciſco	h contubernali	h bis mille
i Iacobo	i amabili	i ter mille
l Marcello	l beneuolo	l quater mille
m Mario	m protectori	m quinquies mille
n Octauio	n cuſtodi	n quinquies centũ
o Decio	o cõſeruatori	o duo millia
p Ferdinando	p domeſtico	p ſex millia
q Alfonſo	q participi	q ſeptem millia
r Mutio	r commenſali	r ſexies centum
s Simeoni	s coniuncto	s mille
t Lelio	t conſocio	t nouies mille
u Valerio	u creditori	u decies mille
x Aurelio	x tutori	x vndecies mille
y Metello	y amiciſſimo	y duodecies mille
z Seleuco	z intimo	z tredecies mille

a decem



28	29	30
a decem	a denariolos	a ſupellectili
b duodeuiginti	b coronatos	b domo
c quadraginta	c argẽteos denarios	c venditione
d quatuor	d vncias	d familia
e quinque	e argenteos nũmos	e cenſu
f nouem	f aureos nummos	f patrimonio
g ſeptem	g obolos	g prouentu
h ſex	h trientes	h redditu
i duo	i nummos	i hereditate
l vnum	l ſextertia	l penſione
m vndecim	m talenta	m fraternis opibus
n duodecim	n nummalos	n redditibus
o quatuordecim	o aſſes	o re priuata
p quindecim	p ſextertios	p re paterna
q duodetriginta	q denarios	q re tua
r vndeuiginti	r aureos denarios	r publico prouẽtu
s viginti	s aureos	s dotali pecunia
t octo	t carolenos	t emptione
u triginta	u minas	u legata pecunia
x quinquaginta	x libras	x erario
y ſeptuaginta	y florenos	y bonis tuis
z octuaginta	z numos argẽteos	z trapezita



	31	32	33
a	:::	a aliud	a remanens eſt
b	.	b nouum negotiũ	b remanet
c	,	c quicquam nouũ	c reliquum eſt
d	;	d aliqua res	d reliquitur
e	:.	e aliquid	e reſtat
f	..	f quæpiam	f reſidet
g	.:	g quicquam	g reſiduum eſt
h	:	h aliud negotium	h reſidens eſt
i	·.	i alia res	i ſupereſt
l	·:	l nonnihil	l eſt præterea
m	)	m noua res	m vacat
n	··	n quæ res	n eſt inſuper
o	,	o aliquid noui	o adiungitur
p	;	p quid	p ſuperat
q	.	q quicquid	q adhuc extat
r	:.	r aliquid nouum	r neceſſarium eſt
s	.:	s quidpiam noui	s deſit præterea
t	:	t agendum aliud	t deeſt etiam
u	·.	u quidpiam	u ſuper extat
x	·:	x negotiũ aliquod	x etiamnum deeſt
y	··	y aliquod negotiũ	y excedit
z	)	z aliud officium	z ſuperadditur

a maiuſcolis incipiendum

15

a iubeto



34	35	36
a iubeto	a obſequar	a laqueatus
b *dicito*	b parebo	b inductus
c *impera*	c inſeruiam	c coactus
d *præcipito*	d obtemperabo	d deuinctus
e quærito	e morem geram	e commotus
f imperato	f amicum præſtabo	f ductus
g iube	g obſequium præſtabo	g adductus
h dic	h rem faciam	h conſtrictus
i quære	i rem exequar	i permotus
l pete	l perficiam	l illaqueatus
m petito	m ſatisfaciam	m irretitus
n oſtendito	n iuſſum exequar	n vinctus
o flagitato	o vſui ero	o aſtrictus
p expoſce	p ſatisfacere conabor	p deuinctus
q expoſcito	q obedire conabor	q conſtrictus
r poſtulato	r inſeruire conabor	r captus
s certiorem fac	s obtẽperare conabor	s motus
t fac vt intelligam	t obſequi conabor	t commotus
u rogato	u parere conabor	u ſubmiſſus
x ſcribe	x prouidebo	x nodatus
y roga	y amicum geram	y deſtrictus
z commonefacito	z prouidere conabor	z coarctatus



37	38	39
a vnica	a et	a oportuna
b ſingulari	b &	b amabili
c rara	c ꝛ	c ſolida
d inſigni	d &	d benigna
e magnifica	e nec minus	e nobili
f præſtanti	f æque ac	f perſpicua
g præcellenti	g perinde ac	g dilucida
h proba	h atq́ue	h æqua
i excellenti	i atq;	i recta
l ſincera	l atq.	l dulci
m recta	m nec non	m clara
n integra	n eademq́ue	n generoſa
o præſigni	o perinde atq;	o inſigni
p mirifica	p q́ue	p conſpicua
q pura	q ac	q manifeſta
r facili	r atque	r eleganti
s pia	s veluti	s præſtanti
t modeſta	t ſimul &	t indubia
u ſuaui	u ſimul ac	u iucunda
x dulci	x & ſimul	x beneuola
y fida	y ac etiam	y dulciſſima
z ornata	z ſicut	z familiari

a huma-



40	41	42
a *humanitate*	a tua,	a iube
b *probitate*	b animi tui,	b facito
c *bonitate*	c morum tuorum,	c iubeto
d virtute	d maiorum tuorũ,	d placeat
e ſinceritate	e parentũ tuorum,	e iubeat
f vrbanitate	f germanorũ tuorũ,	f animo ſit
g beneuolentia	g generis tui,	g voluntas ſit
h comitate	h familiæ tuę, (rum,	h cordi ſit
i gratia	i ppinquorũ tuo-	i commodum ſit
l caritate	l indolis tuæ,	l animo ſedeat
m pietate	m patruũ tuorum,	m efficito
n integritate	n amicorũ tuorum,	n perficito
o liberalitate	o cognatorũ tuorũ,	o patiatur animus
p ſocietate	p filiorum tuorum,	p conficito
q largitate	q filij tui,	q videatur
r magnanimitate	r matris tuæ,	r ferat animus
s æquitate	s affinium tuorum,	s ſinito
t lenitate	t patris tui,	t fac
u beneficentia	u pronepotũ tuorũ,	u ferat mens
x æquabilitate	x ſororis tuæ,	x tibi placeat
y modeſtia	y natorum tuorum,	y ferat cor
z facilitate	z herdum tuorum,	z ferat deſiderium

a conſcius



43	44	45
a conſcius	a pertinentibus	a coniuctim
b clarior	b filijs	b vnà
c apertior	c negotijs	c tecum
d dilucidior	d conſilijs	d et ipſe
e admonitus	e arcanis	e iunctim
f commonefactus	f ſecretis	f amicè
g exploratus	g domeſticis	g nobiſcum
h ſcientior	h neceſſarijs	h ego etiam
i clarus	i agnatis	i ipſe etiam
l perſpicuus	l fratribus	l merito
m præclarus	m amicis	m ſimul
n non obſcurus	n familiaribus	n familiariter
o certus	o parentibus	o optimo iure
p non nouus	p genitoribus	p iure
q certior factus	q natis	q inuicem
r edoctus	r germanis	r ſimul quoque
s imbutus	s ſororibus	s ſimul vnà
t certior	t proximis	t ego quoque
u ſcientiſſimus	u rebus	u ipſe quoque
x clariſſimus	x liberis	x affatim
y certiſſimus	y cogitationibus	y legitimè
z notior	z conſocijs	z multum

DE VIS VI

a gaudeam



46	47	48
a gaudeam	a doleam	a ::
b gaudio afficiar	b dolore afficiar	b .
c læter	c mœream	c :
d exulter	d triſtitia afficiar	d ,
e congratuler	e triſter	e ;
f iucunder	f ſim in dolore	f ..
g lætitia afficiar	g ſim in triſtitia	g :.
h voluptate fruar	h contriſter	h .:
i voluptate afficiar	i ſim in mœrore	i .,
l gratuler	l mœrorem ſentiã	l)
m voluptate ꝑfruar	m mœrorem patiar	m ;
n ſolatio fruar	n triſtitiam ſentiam	n ::
o ſolatio perfruar	o affligar	o :.
p lætificer VEL	p conturber	p :
q congaudeam	q afflicter	q ;
r ſolatio afficiar	r condoleam	r .:
s lætitia fruar	s dolorem ſentiam	s .
t lætitia perfruar	t perturber	t :.
u iubilem	u angar	u ,
x gaudio fruar	x doloribꝰ afficiar	x ..
y iucũditate afficiar	y mœrore afficiar	y ;
z gaudio perfruar	z fleam	z)

a maiuſcolis incipiendum

a viue



49	50	51
a viue fœlix.	a Exaratum	a Venetijs
b valeas.	b Conſcrip.	b Catanæ
c bene valeas.	c Confectum	c Romæ
d ſoſpes ſis.	d Deſcriptum	d Mantuæ
e vale.	e Conſcriptum	e Corcyre
f cura valetudinẽ.	f Dat.	f Patauij
g diu vale.	g Perſcriptum	g Meſſanæ
h valetudinẽ cura	h Obſignatum	h Panhormi
i fœlix viue.	i Perſcriptæ	i Mediolani
l valetudini cõſule	l Scrip.	l Placentiæ
m Dij te ſoſpitent.	m Deſcrip.	m Papiæ
n inſerui valetudini	n Exar.	n Vercellis
o valetudini inſerui	o Perſcrip.	o Alexandriæ
p valeto.	p Datæ	p Siracuſis
q indulge valetudi-	q Obſignatæ	q Leontij
r diu valeas. (ni.	r Scriptæ	r Caietæ
s diu valeto	s Exaratæ	s Senis
t incolumis ſis.	t Datum	t Neapoli
u bene vale.	u Deſcriptæ	u Salerni
x bene valeto.	x Obſign.	x Capuæ
y incolumis viue	y Confectæ	y Patauij
z multum valeas	z Inſcriptæ	z Aquileiæ



52	53	54
a 1	a Ianuarij	a 1559
b 2	b Februarij	b 1540
c 3	c Martij	c 1541
d 4	e Aprilis	d 1542
e 5	d Iunij	e 1543
f 6	f Maij	f 1544
g 7	g Iulij	g 1560
h 8	h Augusti	h 1546
i 9	i Septembris	i 1547
l 10	l Octobris	l 1568
m 11	m Nouembris	m 1549
n 12	n Decembris	n 1550
o 13	o Sextilis	o 1551
p 14	p Quintilis	p 1552
q 15	q Ianuar.	q 1553
r 16	r Februar.	r 1554
s 17	s Mart.	s 1555
t 18	t April.	t 1556
u 19	u Mai.	u 1557
x 20	x Iun.	x 1558
y 21	y Iul.	y 1559
z 22	z Aug.	z 1545



	55	56	57
a		a socius	a Fabricius
b		b seruus	b Pantheus
c		c amicus	c Ioachimus
d		d fidelis	d Paulus
e		e conscius	e Baptista
f		f dilectus	f Scipio
g		g familiaris	g Bernardus
h		h famulus	h Cæsar
i		i verna	i Philippus
l		l amatus	l Ambrosius
m		m adamatus	m Nicolaus
n		n comes	n Pompeius
o		o intimus	o Albertus
p		p minister	p Petrus
q		q consors	q Hieronymvs
r		r collega	r Dominicus
s		s contubernalis	s Andreas
t		t consanguineus	t Antonius
u		u frater	u Claudius
x		x assecla	x Augustinus
y		y nepos	y Dionysius
z		z procurator	z Franciscus



58	59	60
a Carafa	a Panhormitanus	a
b Seuerinus	b Venetus	b
c Galeotus	c Germanus	c
d Porta	d Romanus	d
e Hercules	e Patauinus	e
f Danielis	f Veronenſis	f
g Sforza	g Cremonenſis	g
h Fracoſtarius	h Mantuanus	h
i Delphinus	i Neapolitanus	i
l Balena	l Genuenſis	l
m Aniſus	m Sueſſanus	m
n Triuignus	n Surrentinus	n
o Galeopſis	o Peruſinus	o
p Silenus	p Senenſis	p
q Sineſius	q Bergoma	q
r Valla	r Mediolanenſis	r
s Beroſius	s Vicentinus	s
t Peruſius	t Placentinus	t
u Dilectus	u Cordubenſis	u
x Pyronta	x Hiſpanus	x
y Valerius	y Calaber	y
z Burghetta	z Appulus	z

CAPVT. XX.

Vt scriptum multiplici dolo perplexum fiat, vt & inuolucrum sub inuolucro lateat.

ANTEQVAM huic materiæ extremam manum imponam, inuentum maxime vtile huc afferre non pigebit, in quo scriptum huiusmodi fiet, vt non vna simplici, sed multiplici doli perplexitate inuoluatur, vt si primus cortex, quod minime credibile est detractus sit, multo maior mox de cætero labor supersit. Quis autem ne primum quidem inuolucrum detrahi recte posse non videat? dum id vtcunque detectum est, adhuc maxime obscurum recte ne an perperam cortex primus sublatus sit, admonere non possit? Inuolucra ex arbitrio complura esse poterunt, quæ vt rectè ad occulte scriptum penetretur, tolli omnia necesse est, ea vel quæ à nobis tractata sunt, vel noua, vel hæc cum illis commixta simul esse poterunt. De earum ratione nihil à nobis dici necesse est, quod enim de singulis præceptum est, idem & de coniunctis sentire debemus: De vsu verò nihil occurrit, quod dicam amplius, nisi quod in hac multiplicis inuolucri perplexitate considerandum est, qui dolus præponi, & qui postponi recto ordine debeat, aliqua enim primum, aliqua post collocari tum oportebit, tum etiam commodius erit. Res nullo pacto commodius, quàm exemplo indicabitur. Sit igitur hoc, quod occultè scribendum sit.

PVELLAM HODIE AMATAM DEFLORAVI.

Hæc sententia si per aliquam verborum similitudinem velanda sit, quod in primo libro docuimus, tali ratione exprimetur.

„ Vrbem hodie variam depopulatus sum.

Hanc

Hanc rursus sententiam si per ordinem verborum certi Pliniani scripti velim occultare, in hunc modũ prodibit oratio.

„ Apparauit mihi ante felicem arborem.

Hoc ipsum tertio si alphabeto in quinque literas contracto obscurandum sit, hæ literæ apponentur.

aadbdbaaddeccaeb cccabdca aacdebba
bbbacbcaacbacc aaddabdaddbacc.

Eas quarto si clauis artificio velim occludere, has literas designabo.

zntrsuyspoxpsutn tnsuoxnz qpsqnyoo
zxnnsrrtyunytp qusprztuqxzzsr.

Quas si quinto verbis punctis & lineis literarum loco positis latere velim, hæc epistola concinnabitur.

ℱ

℔ Perlegi chartam tuam prudens & simul gratissime Nute Marate octauo calendas Apri. per Artemidorum domesticum tuum. Repente noui iussum tuum, quidem attendens optime perfici rem, concessi ea de causa te præcipiente Alfonso domestico tuo mille, & duo detriginta nummulos ex bonis tuis, si aliquid noui superadditur, scribe & iussum exequar, vinctus pia atque eleganti lenitate natorum tuorum, ferat mens sim non obscurus de tuis cogitationibus, vt ego quoq; lætificer vel afflicter, Diu valeto. Datæ Caietæ 22. April. 1557.

℔ tuus assecla Franciscus Burghetta Vicentinus ℰ

Quæ si postremo ad apertas bracteas referenda sit, in alium modum talis epistola fiet.

ℱ Per-

F

L Perfectus legitimusque fuit chariſſime Tamerlane tuus ordo ſcribendi. Nam prudens & doctus Simon multa laudauit, & gratiſſimè legit. Nunc te Marcus Ateus, & Octauius Strocaliendas aptiori laude proſequuntur per omnes artes, vt mihi Dorumus, qui domi eſt mihi, cum de tua humanitate ageret, retulit. Si penes te noui aliquid eſſe cupis, iuſſum tuum exequar, idemque attendens optime perfecteque perficiam rem. Conceſſum iam eſt eadem cauſa pro te præcium Pienio Tealfono, & Socrati domeſtico tuo, qui mihi ille, & duo alij petierunt. De tribus & quadraginta aureis nummis nihil ſcribam, cum nullos adhuc ex bonis, optimiſque tuis amicis, vidimus, qui aliquid noui de his dicerent. Si ſuper his nil aditur, ſcribemus etiam, vt iuſſum exequamur, Vincentius primaria quamuis, atque eleganti ſtili lenitate laudes natorum tuorum proferat, attamen quia peſſimus, nec non obſcurus autor eſt de tuis rebus, cogitabis quibus rationibus laudat, ne vt ego ſic lætificentur inimici, vel afflictentur, Diu valebis tu, & omnes ſi quod dixi à te, & omnibus fuerit obſeruatum. Caius Emilius Tærentius 2 2 2 ſcripſit verſus, Aprilius autem 2 1 5 5 9. L Sed tuus Aſcentius & ſecum Nicolaus Franciſcus Burghum combuſſit, & tali incendio Vincentium ſupra narratum interfecerũt, quicquid habuimus ſcripſimus. C

Hic ordo componentis ſeruabitur, qui interpreti præpoſterus erit. Huiuſmodi non nulla amicorum ſcripta cum maxima eorum admiratione interdum ſum interpretatus, ita vt non defuerint, qui propterea me artem habere, qua malis ſpiritibus imperare cenſuerint.

De

CAPVT. XXI.

De Clandestinis nuncijs.

NON minus quàm in animi sensis occultandis, diuersis quoq; modis in mittendis recipiendisque cautè nuncijs vetustas vsa est, quibus nec ad id rudior nostra ætas etiam alios induxit: eos recensere non pigebit, ne quid sciens præteream, quod de eo genere vsquam meminerim: ne cum occasio postulauerit, aliorum nobis exempla suppetere possint, quare non inoportunum erit hanc materiam tres in præcipuè partes distribui, vt de literis primum, mox de tabellarijs, tertio de eorum itineribus loquamur. De literis sermo erit, quemadmodum illæ occultari consueuerint, & inscribi demonstremus, de tabellarijs verò rursus, vt de homine habitum & figuram mentiente verba faciamus: de itineribus, vt interceptorum insidiæ, quemadmodum interdum vitari possint doceamus, quarum rerum exempla, quæ nobis interlegendo in veterum historijs licuit cognoscere, hoc in loco distincta in medium afferemus. Primum itaq; occurrit Theophrasti sententia, in qua is admonet, inciso viridis & adhuc virentis ligni cortice, & intus tantum euacuato, quantum literas capere possit, & postmodum alligato, illud iusti temporis lapsu, natura cum literis occlusum remanere. In hunc modum ille religiosis ex hominum industria præceptionibus, ligno inclusis admiratos populos trahi potuisse meminit. Sed hoc ex Theophrasto potius ad rei similitudinem induxi, quàm vt ad præsens remediũ facere posse admonerem, diuturni siquidem temporis ad id successione opus esset. Potest hoc tamen recte in sicco ligno, velut abiete quilibet in hunc modum non incommodè imitari, communi albo glutine rimis coalescentibus. Potest & hoc in ouo perfici, vt illud delicatè acuta cultri cuspide apertum, mox appositâ chartula glutine ex oui albumine, cerussa & cera cõfecto occludatur.

Idem & infracto marmore, vt partes coalescant prodesse poterit. Fiet & hoc in pomo, vt schædula intus reponatur, vt quo minus fieri possit hiatus appareat. Huc spectat Acontij factum referre, qui in sacro Dianæ templo pulcherrimo pomo inscriptis versibus legentem, & astantes, ante Cydippes puellæ pedes proiecto, & nemine id deprehendente elusit. quamuis hoc ille supra pomi corticem effecerit, in pomo verba hæc erant inscripta.

Iuro tibi sacræ per mystica sacra Dianæ
Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram.

Visus est enim is legentem eo iusiurãdo cogere sibi amicam, & coniungem fore. Huic loco Polycretes fœminę astus affinis est, ea siquidem dum in Milesiorum castris patrium & solemne festum ageretur, omnibus somno, vinoque oppressis, nacta temporis oportunitatem, vt id fratribus nunciaret, sic perfecit. Diognetum Erithreorum ducem rogauit, vt sibi aliquam bellariorum partem liceret ad fratres transmittere, quo permittente, plumbeo libello in placentam coniecto mandauit ferenti, fratribus suo nomine diceret, vt eam ipsi soli comederent, quod cum ille retulisset, fratres aperta placenta, libellum, qui erat incluſus repererunt, & quod in ea scriptum erat exequuti sunt, armis per noctem hostes festo inebriatos & sine cura consopitos adorti, & voti compotes effecti. Aliter Harpagus, qui (vt Herodotus ait) literas in exenterato lepore incluſas, simulato pastoris venatu, ad Cyrum misit. Idem etiam præstabunt indumentorum latebræ, vt suspicio euitetur, & in sinu, & pedum soleis furtim gestentur, in hunc propositum Ouidius sic in arte amandi.

Conscia cum possit scriptas portare tabellas,
Quas tegat in tepido fascia lata sinu.
Cum possit solea chartas celare ligatas,
Et vincto blandas sub pede ferre notas.

Campani

Campani verò dum aliqua Pœnis nunciare quærerent, & vndique à Romanis, à quibus obsessi erant custodiæ agerentur, ornatum quendam virum pro transfuga miserunt, qui occultam baltheo epistolam habens, simulata fugiendi occasione ad Pœnos pertulit. Alij verò aliter interioribus vaginarum inscriptis nuncios destinarunt, & rem indetecto dolo indicarunt. Nec defuerunt, qui eam cautionem affixis characterum lineamentis in membris quæsiuerunt, vt Ouidius in hanc sententiam.

Caueat hoc custos, pro charta conscia, tergum
Præbeat, inque suo corpore verba ferat.

Huc Istiæi factum pertinet, qui clandestinum nuncium ad *Aristagoram* missurus, serui caput deradit, & mox characterum stigmata impressit, domi retento donec capilli excrescerent, & deinde misso, nulla re amplius significata, nisi vt Aristagoræ diceret, sibi rursus caput deradendum, pro nuncio vsus est. Sunt & hac tempestate, qui tabellas aliquo esculento inuolutas, cani gluciendas præbent, vt ex eius postmodum interfecti visceribus nuncius exigatur, nec quicquam demum præteritur, quod eam cautionem facere possit. *Eadem hominis cura in tabellarijs militis habitum & figuræ permutationem perquisiuit. Huiusmodi itaque Harpagi factum occurrit: Is Herodoto autore Cyro occultum animi consilium proditurus, cum hoc impeditis itineribus aliter non posset, fidissimo domestico, venatoris habitum mentito & leporem habenti, in quo exenterato tabellæ includebantur, in Persidem perferendas tradidit. Huc vafrum Iosippi consilium spectat, cuius iussu internuncij custodum & excubantium manus neglecti, velleribus loca contecti præteribant, vt si quando conspici possent, canum similitudinem mentirentur, quod factitatum est, donec eam*

fraudem vigiles perſenſerunt, vallemq; cinxerunt. Nec ſatis hoc humanæ curioſitati fuit, niſi etiam ſibi de itineribus conſuleret, ne nuncij in cuſtodum & in interceptorum manus peruenirent, quare terreſtri relicto itinere, ſuam etiam flumina viam præbuerunt, ſed ne interim ſcriptum aquis poſſet aboleri, (Frontino autore) plumbeis lamellis inſcriptis milites Saltellam amnem tranantes, ad brachia alligatis vſus eſt. Lucullus verò, vt idem Frontinus refert, vt Cyzicenis à Mithridate obſeſſis, ſuum aduentum indicaret, impeditis hoſtium præſidio faucibus, quæ modico ponte continenti iungebantur, maritimum iter quæſiuit: gregarius ſiquidem miles ad id deſtinatus, inflatis duobus vtribus inſidens, vbi literæ includebantur duabus regulis incluſis, ſimulata marinæ beluæ ſpecie per ſeptem millia fluminis traiectum, ducis aduentum nunciauit. Sed ne id quidem ſatis eſſe viſum eſt, verita enim hominis ſolertia, ne aut dolo, aut caſu aliquo nuncius intercipi poſſit, & veritas ſponte proderetur, aut res tormentis ageretur, vt ea poſſit extorqueri, viam etiam in aëre quæſiuit, & ſagittis interdum, nonnunquam auibus tabellariorum vicarijs vſa eſt, vt ea aduerſus interceptores per cœlum ſecuritatem præſtaret, in eum modum, vt Herodotus ait, ab Artabazo & Timoxeno factum eſt, quoties alter alteri quicquam vellet nunciare, charta ſiquidem pedi ſagittæ complicata, aptatis inſuper pennis, ad conſtitutum locum cum ſagitta mittebatur. Huc pertinet Cleonymi Lacædemoniorum regis exemplum: Hic Trezenem vrbem obſidens, ad multas vrbis partes vndique expeditos iaculatores diſpoſitos mittere ſagittas iuſſit, eis inſcribens. VENIO VT CIVITATEM IN LIBERTATEM ASSERAM. Vnde euenit, vt appoſitis ſcalis conſcendens exercitus mœnia, ciuitatem euerteret, & deriperet. Cæſar vero audiens Ciceronem à Gallis obſeſſum oppugnationem ferre diutius nõ poſſe, militem miſit, qui noctu epiſtolam iaculo alligatam

ſupra

ſupra murum emitteret, quod cum is feciſſet repertam epiſtolam cum ſagitta ad Ciceronem cuſtodes attulerunt in ea hæc verba notabãtur. CÆSAR CICERONI FIDVCIAM OPTAT EXPECTA AVXILIVM. ſic repente Cæſar venit, & interciſa oppugnatione hoſtes repulit. Sed vt id per aues præſtari poſſit, proderit columbas, hirundines, vel alias huiuſmodi aues domeſticas habere: hæ ſiquidem alio, quoties neceſſe ſit, tranſlatę ſuſpenſis collo literis, vel pedibus annexis internunciæ reuertuntur, & ad cognata deuolãbunt, his nuncijs cum celeriter aliquid ſignificandum erat interdũ vetuſtas vſa eſt. Hircius conſul, Frontino teſte, ad Decimum Brutum, qui Mutinæ ab Antonio obſidebatur, columbas diu tenebris incluſas, fameque affectas è propinquiori, quatenus poterat, mœnibus loco emittebat, illæ lucis & cibi auidæ altiſſimis ædificiorum partibus euolantes inſidebant, eaſque Brutus excipiebat, ſicq; de rebus geſtis certior fiebat, quare diſpoſito ſemper locis ijſdem cibo reuocabat eos. Hinc Plinius: Nil vallum & vigil obſidio, atq; retia amne prætenta profuêre Antonio per cœlum eunte nuncio. Ea ratione vno, eodemque die ex Olympia Æginæ Thauroſthenis victoria ipſius parenti nunciata eſt, quamuis alij per ſpectrum effectum aſſerant, alij etiam aliter Thauroſthenem cum proficiſceretur columbam à pullis adhuc madidis & inuolucribus abduxiſſe, eamque cum viciſſet, purpura amictam remiſiſſe, quę ſumma cum feſtinatione ad pullos properans eodem die è Piſa in Æginam aduolauit, cuius rei Ælianus autor eſt. Nec deſunt, qui id hirundinibus quæſiuerunt, vt è nidis abductas pullis relictis ad domeſtica remitterent. Aſſerunt etiam nonnulli trans mare ad ortum columbas eſſe, quæ per medios hoſtes intercluſa via nunciorum officio fungentes, dominorum literas ſub alis breui tempore longiſsime deportent. Quod fortaſſe Iuuenalis ſenſit, cum diceret.

„tanquam è diuerſis partibus orbis.

Anxia præcipiti veniſſet epiſtola penna.

Memoriæ etiam in vetuſtiſſimis hiſtoriarum monumentis proditum eſt, Ægyptium regem fuiſſe Marrhem nomine, qui cornicem mitem ac omnino cicurem educauerat, qua pterophori, & curſoris vice, quoties aliquid nunciandum erat vtebatur, ea ſiquidem ceu planè rationis compos epiſtolam geſtans, quo opus erat tranſuolabat, callidè noſcens, quo dirigendus impetus, vbi inſidendum, & interdum quieſcendum foret. Hæc humanum ingenium ad cauenda pericula ſibi ſolertius quæſiuit, ſed eadem ingenij calliditate, quaſi ſuis ſemet telis confodiens irritatur. Oppugnante Chriſtiano exercitu Ptolæmaidem, cum in hunc modum nunciam columbam obſeſſis Saladinus deſtinaſſet, hortatus vt firmo animo forent, ſperata ſui aduentus feſtinatione, ea à noſtris intercepta eſt, contrario alligato nuncio dimiſſa, vnde euenit, vt deſperato illi auxilio, nihil amplius expectarent, ſui deditionem facerent, vt nullo modo in rebus humanis ſecuritatem, ſed fraudē eſſe poſſe exiſtimarent. Hactenus huius voluminis materiam vtcunq; pertractauimus, nonnulla, quæ ad eam rem pertinere videbantur, fortaſſe ex induſtria omiſimus, alia ad hæc referri poſſunt, quæ ſi non prouectis ſatis erunt, poſtmodum fortaſſe plura dabimus, ſiquidem hæc nunc rudibus, & omnino imperitis ſcripſimus, nunc ad tertium volumen tranſeamus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

IOAN. BAPTISTÆ PORTÆ NEAPOLITANI DE FVRTIVIS LITERARVM NOTIS.

LIBER TERTIVS

PROEMIVM.

NVNC ad alteram & difficillimam operis partem accingamur, de interprete instituendo, vt quod solum de toto opere videtur esse reliquum hoc volumine prosequamur. Sed iam audio dicet aliquis: Vnde nouus hic Apollo, vel Oedipus, qui occulta animi sensa, & enodare ænigmata profiteatur emicuit? Diuini potius, quàm humani est ingenij hominis interna perscrutari, parumq; ferè inter Deum, hominemq; distaret, si occlusas animorum cogitationes intellectus assequeretur humanus. Ingenuè fateor multa esse posse furtiua scripta, quæ se interpretaturum quenquam polliceri, furorem ac delirium planè existimarem. Quotusenim quisq; erit, qui hoc innumeris penè dolis, ac infinita scribendi multitudine citra insaniam iactare audeat? vt si orthographiæ ratio obseruari non queat, latentem aliquo modo sensum possit eruere? huiusmodi erit, si quis præter scribendi normam dictiones ex arbitrio ad significandas literas confingat, vel res per diuersa vocabula significauerit, quorum nisi interpres ab autore fuisset admonitus, nullo modo sensus haberi potuisset, quam obscuritatem nonnullæ Ciceronis ad Atticum epistolæ habent: id genus erit etiam si vno charactere exprimantur, & alia complura, quæ non nisi Deo opt. max. interprete, qui se intimis animo-

animorum receſſibus inſinuat videntur indigere. Quare ijs omiſsis, ea nos tãtum interpretari hoc volumine pollicemur, in quibus ratio literarum, & ſyllabarum contextus aliquo modo poſsit obſeruari, quorum complura genera eſſe poſſunt, verùm nos ex ijs, quæ crebrioris vſus, & precipua videbuntur, etiam ſolitis perplexa inuolucris proſequemur, tum ad latinam, tum ad vernaculam linguam, quo commodius fieri poterit accõmodabimus, quorum ratione cognita, lector ſimilitudine quadam ductus, reliquorum facilè poſſit cognitionem aucupari. Sed antequam eorum tractationem aggrediamur, qualis abſolutus interpres eſſe debeat, & quæ eum primo ſcire deceat explicemus.

Caput. I.

Notarum interpretem qualem eſſe conueniat.

Poscit itaq; locus, vt boni & abſoluti interpretis conditiones doceamus, vt ſtatim cognoſcatur, qui earum omnino expers ſit, ad hoc non facilè perferri, & proinde quò magis ijs erit innixus, eò dexterius & felicius in hac doctrina profecturus. In primis itaq; acutiſſimum eum natura eſſe expedit, vt ſi ingenij præſtantia multum in vniuerſis diſciplinis adferat adiumenti, in hac præcipuè arte ſuas vires natura poſſit oſtentare, vt quod prouerbij loco vſurpatur, Quemadmodum aurum igni probatur, ſic in mathematicis diſciplinis ingenium experiri, id aptius ad hanc diſciplinam transferri videatur. Singulari preterea quadam animi calliditate, & ſolertia præditum eſſe conuenit, & omnis prorſus negligentiæ expertem, vt vafrum animum per inimicas inſidias & fraudes poſſit circumagere, dolos perſcrutari, ijs obuiare, & omni demum ingenij vigilantia aduerſos à ſe conatus amouere. Ipſa ſiquidem diſciplina non modica ingenij præſtantia videtur indigere, quapropter verè liberi & per-

perſpicacis ingenij hanc facultatem ſemper eſſe exiſtimaui, & eorum, qui ea delectantur, ſoleo præ cæteris acumen admirari, & verè ingenioſos appellare, vt ad omnes diſciplinas facilè idoneos eſſe exiſtimem. Talem itaq; eum natura eſſe conuenit, arte verò non minus inſtructum, & primũ in multarum rerum, utpote armorum, negotiorum, & militaris præſertim ſcientiæ peritia verſatum, vt hoſtium, inimicorumque aſtus percallere, & euitare non incommodè poſsit. Ad hæc accedet multarum linguarum peritia, earum præſertim, quæ magis in vſu eſſe ſolent, & quarum cum gentibus commercium nobis eſſe poſsit, vt cuiuſuis id genus idiomatis ille ſcriptum poſsit interpretari. Præterea orthographiæ, literarum, ſyllabarum, & contextus orationis nequaquam expertem eſſe conuenit, quod in primis ſolet eſſe neceſſarium: In orthographia loquor de exquiſita, & abſoluta ſcribendi ratione, tametſi non adeo orthographiæ confidendum ſit, vt non debeat experiri, vtrum illa ſit omiſſa, quod ex induſtria poſſet euenire. At ſi multas exquiſitè linguas percallere nimis arduum videretur, latinis ſaltem literis ſit inſtructus, tum quod ea lingua vtcunq; adeo hac tempeſtate communis eſt, vt ferè non minus vſitata, quàm omnibus vernacula ſit, tum quod ea commodius ad cautionem admittitur. Sunt & alia fortaſſe, quorum non ignarum eum eſſe expediat pro rerum varietate, quæ poſſent euenire. Sed ad hæc poſtremo additur peculiaris noſtri operis vſus, vt qua cura & diligentia is in ſcripti interpretatione eſſe debeat, & ſe quo pacto in opere moderetur, intelligat. Circa hæc mens & cura nequaquam oſcitantis quęritur, vt obiter ſcripti dolus expendatur, ſed maxima attentio, ſummaque diligentia, vt animus ab omni cura, & cogitatione vacuus, omnibus poſtpoſitis in ea ſolum re indaganda elaboret, vt omnem conatum conſtituat: non tamen ſi res intenſiorem aliquando curam, & tempus expoſcit, continuanda attentio, & in ea mens

nimis anxiè torquenda, nimia enim diligentia, & diuturnus mentis labor ſtuporem ingerit, vt minus poſtea ad hæc ingenium habile ſit, & nihil proficiat: Morbos præterea maxime conciliat, & maior ſæpenumero ex mentis conatis ægritudo, quàm ex corporis laboribus ſolet prouenire, vt mihi, ſi quando in perplexiores notas incidebam, interpretanti ſæpe contigit, cui toto ferè die in his conſumpto, vix ſeptima vel octaua hora præteriiſſe videbatur, vt veſperam non niſi per tenebras, & luminis abſceſſum cognoſcerem, vnde interdum in longa mentis attentione, quaſi apoplexia correptus ſtupidus & immobilis, vti Diogenes fixis oculis Solem contemplans, videbar permanere: quare labor erit in aliud tempus differendus, vt res ſucceſſiuis horis commodè pro negotij oportunitate peragatur. Verùm in his doli ſpecies attendenda, niſi etenim ea cognoſcatur, fruſtra de cætero labor inſumitur, cum ignorato occultationis artificio, nullo modo rei occultæ velamentum poſſit auferri, ſumpto à Medicis exemplo, à quibus niſi morbi cauſa primum perſpecta ſit, ægro corpori fruſtra ſubuenitur. Vnde nobis etiam de doli ſpecie cognoſcenda, legitimas viſum eſt ſuis in locis hoc volumine obſeruationes tradere, ex quibus proprios agnoſcendi cuiuſque doli modos interpres aucupetur: neque id contemnendum aliquo pacto duximus, in quo maiorem difficultatis partem poſitam eſſe perſpeximus. Cognita itaque velamenti ſpecie, omni animi moderatione & conatu elaborabit, vt abſtruſus omnino ſenſus referetur, nec prius quieſcat, quin vero è latebris dolo eruto, inimicos conatus irritauerit, vt de eo in poſterum ſibi tuto conſultum eſſe perſentiat. Locus poſtulabat, vt aliquot literarum diſcrimina ſuccederent: Sed quoniam inſtant nonnulla adhuc de interprete dicenda, ea primum proſequamur.

CAP-

CAPVT. II.

Quæ nouisse interpretem conueniat, antequam ad scripti interpretationem accedat

FVRTIVI scripti interpretandi regulas traditurò, operæpretium videtur à rudimentis, quæ ad id aditum præstant, & multum conferre videntur, non tamen omnino necessaria auspicari, vt nihil, quod ad optimi interpretis institutionem spectare possit omissum esse videatur. Primùm itaque proficiet idiomatis scripti notitiam habere, diuersis enim modis omnes loquuntur, & scriptum contexunt, eadem res etenim apud Hispanos, Germanos, Italos, & alios pro locorum longinquitate, aliter, atque aliter vocitatur, vt illos hi, hos illi non intelligant, vnde non ipsa modo locutio longe alia est, verùm sæpe etiam scribendi ratio multum varia. Diuersè enim Germani, Itali, & Hispani scribunt, quemadmodum loquuntur, & pronunciant, quibus enim diuersus est sermo, pronunciatio pariter & scriptura necesse est sit diuersa. Nam si Ethrusci, Hispani, vel Germani verba pronunciant, nos qui Neapolitani sumus audita reddere velimus, quantum bone Deus discriminis inter nostram & eorum prolationem esse videbitur, vt etiam sæpissime vix magno cum labore aliena verba pronunciemus, nescio quo patrij sermonis spiritu difficultatem ingerente, ita vt suus cuiq; sermo à natura largitus esse videatur. Dalmatæ V ante L syllabam inchoante, vt VLASDILAVS vnico spiritu pronunciant, quod à nobis nisi absoluta idiomatis conditio habeatur, neque proferri rectè, neque scribi poterit. Germani eandem literam V geminant. Hispani verò in dictionum calce sæpissime S pronunciant, vt ferè eorum verbum non reperias, quin ea litera occurrat. Appuli ita pronũciant, vt multorum verborum initio S C loco I prænotent, si enim IOANNEM proferre velint, proinde proferunt, ac si

SCIOANNEM scriberent, & pro IRE SCIRE. Neq; solũ exteræ nationes, vtpote quas magna longinquitas disterminat, sed vicinæ & agnatæ sermone, prolatione, & scriptura inter se differunt, sic sua cuiq; populo locutio, suusq; struendarum syllabarum ordo & compositio est: Nam vt de cognatis & affinibus vocabulis loquamur, quod Itali, quemadmodum Latini AVDI dicunt, Florentini ODI, AV in O conuerso pronunciant, Veneti verò V in L commutato: sic & de alijs innumeris. Suntque dictiones & nomina familiaria apud multos ex parte diuersa & corrupta. Siculi IACOBVM diminutiuè IACOPELLVM, IOSEPHVM SEPPEM, & HIERONYMVM MOMMVM dicunt, & apud alias gentes huiusmodi mille talia, quæ non sine obscœnitate vero obliterato sermone proferuntur: fitque sæpenumero, vt in vno vocabulo, quod apud diuersas nationes commune sit, diuersus sonus pro gentium varietate reperiatur. Hæc noster Pontanus notat, nos vt ostenderemus pro nationum, & populorum diuersitatibus locutiones etiam variari, ipsamque literarum potestatem & ordinem aliter, atq; aliter se habere hæc apposuimus. Neq; solum id in diuersis nationibus & populis fieri mos est, sed etiam apud eosdem in diuersis ætatibus & temporibus successiuè non soni modo, & scripturæ, sed etiam vocabula permutentur, quare nisi etiam interpres cognito idiomate vti tum in loquendo, tum in scribendo possit, nequaquam scripti poterit sensum elicere, eo enim ignorato facillimè scripti interpretatione frustrabitur. Maximè præterea profuturum censeo si eius, qui scripserit, non solum de moribus, sed etiam de nomine cognitio habeatur: nam si sagax ingenio pollens, & in hac versatus disciplina sit, paulo altius ad interpretationem exordiendum, mentis acies erigenda, & subtiliori via, vt mos est, occulti scripti sensus indagandus, at contra si rudis ingenij, & hebetis fuerit, contemptis orthographię præceptis leuiori animo,

animo, & mente remissiori procedendum, vnde si hominis disciplinam mores, verba, nomina, & loquendi formulas illi peculiares, occultandique sensus modum omnem, etiam scribendi ingenium interpres agnoscat, non parum profuturum puto: Sæpè enim fieri solet, vt ingenioſi alicuius scriptum segnis & oscitantis existimatum interpretantis conatum facilè frustretur, quemadmodum & ex aduerso, si ingenioſi & subtilis illud putemus, quod ab homine socordi, & rudi perfectum sit. Quare non parum expediet scribentis ingenium cognosci, vt facilius eruditus, an inconditus scripti sensus sit intelligatur. Si de eius nomine cognitio habeatur, suo loco requirendum, si habebitur, ex eius notis characteribus facilius de reliquo scripto notitiam venabitur. Ad hæc tractatæ rei & cognitio accedit, quam & habere multum intererit, eamque poterit tum ex scribentis, tum eius ad quem scribitur negotijs, vel vtriusq; commercio nanciſci, ratio est, quod cognita materia, facillimè communia verba, quæ ad eam rem spectant interpres poterit conijcere, quod pro vnoquoque eorum locorum verbo ex characterum numero, similitudine, & dissimilitudine in suis locis obseruata, non multo cum labore cognoscetur: fietque interdum, vt vna agnita syllaba, ne dicam verbo, de cætero parum negotij futurum sit, nam totius inde scripti ex earum literarum proditione in alijs verbis dolus detegetur. Exempli causa si de bello res agitur, literarum numerus eius verbi, vel aliorum ad eandem rem facientium quæretur, quod si eiusmodi verbum haberi possit, in quo eadem litera geminetur, commodius id esse poterit, obseruato repetitæ literæ ordine, vt res certior interpretationis non frustratæ securitatem præstet, quæ geminatio si plurium literarum fuerit, eo magis proderit. Verum literarum numerus in latino scripto circa casuum flexum variandus est: In vnaquaque materia plura erunt verba communia, quæ eam quasi necessario consequuntur vt in amore.

AMOR, COR, IGNIS, FLAMMA, VRI, VITA, MORS, MISERATIO, & SÆVITIA, locum habent, & in bello MILES, DVX, IMPERATOR, CASTRA, ARMA, PVGNARE, & huiusmodi reliqua. Huc accedent & rerum deflexa vocabula, & horum vnum cognitum verbum non multo cum labore multorum postmodum verborum, & totius denique scripti notitiam referare poterit, eoque modo præter tabularum rationem, vocalium & consonantium discretionem, & alia interpretatio laborem adimere poterit. Non parum insuper expediet, nuncium autoris, vel periti notarij manu perscriptum esse: nam si vel interceptus perperam transcriptus, vel ab aliquo, qui notandi rationem ignorauerit profectus sit, facilè fiet, vt turbato scripto omnis interpretandi via obstruatur, siquidem si characteres omissi sint, vel transpositi, vel commutati, puncta præterea non ritè dispositа, vel commutata, vel relicta verborum interualla, vel eorum partes, interpositis spacijs discretæ, vel alio quouis modo, dolus permutatus, interpretem is non parum perturbabit, vt interdum facilè decipiat. Vt igitur rem paucis colligam, idiomatis scripti, scribentis, & eius ad quem scribitur, & materiæ de qua agitur notitiam, & emendatam scripturam ad interpretationem non parum posse adiuuare dicimus, licet ea, vt dictum est, non sint omnino necessaria, sed ad commodum maximè conferre. Sunt & alia, quæ etiam interpretem præstaret agnoscere, quæ ne sermo prolixior sit omittimus.

CAPVT III.

Distincta literarum nomina, quibus sæpenumero suis oportunè locis vti debemus.

PRIMVM itaque literarum discrimina statuemus, & noua quædam ijs indita nomina declarabimus, quibus sæpe in scriptis perscrutandis vtemur, cum enim noua essent,

essent, quæ scribenda erant, nouis etiam vocabulis appellanda esse visa sunt: hæc tamen obiter percurremus, nam de literis subtilius disputare, alterius esset facultatis & temporis, ne de furtiuis literarum notis interpretandis præcepta tradens, grammaticam videar profiteri. De literis tractaturi: Literam compositæ vocis partem minimam vocabimus, vt A, B, C. Nec me aliquis incuset, si literæ vocabulo interdum pro elemento abutar, cum illud apud vetustissimos rei grammaticæ scriptores vsitatum videam, & indifferenter positum: Vnde dari mihi volo, vt literam & elementum, cum sæpe in dicendo res significanda occurrat, vtroq; modo dicere liceat, vt itaque, vnde digressus sum redeam: Literæ, quibus in scribendo vtimur sunt vna & viginti. A B C D E F G H I L M N O P Q R S T V X Z. Sed H potius aspirationis nota est, quàm litera. Reijcimus K à prioribus & nostris iamdudum relegatum, nam vt Diomedes ait, vti superuacua vtimur, & in scribendis tantum Kalendis vetustissimos latinos vsos comperio, eam Saulius magister primus romanis literis adiecit, vt in sono duarum literarum H & Q discretionem faceret, quod si nonnullorum sententiæ fides habenda est, nullus apud nos vsus esse debet, cum in latinis dictionibus omnino careamus, quod si eam græcorum verborum vsus interdum admittit, eam satius est græcis literis annotari. Q. nonnulli eximunt numero literarum, eaq; de causa vtendum censent, quod sequens V ostendat, ante aliam vocalem in eadem syllaba positam. Græcum quoq; Y è nostris expungimus cum satis sit notarijs eius sonũ expleri per I: sonus enim vtriq; characteri communis est. X & Z ideo ponimus, quod apud latinos illud, hoc apud vulgares frequẽtioris vsus esse solet, nos quia de vtroq; sermone verba facimus, eorum duximus meminisse debere. Sed his, cæterisq; grammaticorum controuersijs, si quæ sunt reiectis, quia videntur ad suscepti operis propositum parum pertinere, ad expli-

explicandam noſtrarum literarum partitionem veniamus. Literarum itaq; numerum primùm in conſonantes & vocales diuidimus: Vocales quinq; ſunt, A,E,I,O,V, quæ ſic dicuntur, quod plenam, abſolutamque vocem habeant, reliquæ vero omnes conſonantes ita dictæ, quod cum vocalibus ſonent, ac per ſe nequeant voces proferre. Has rurſus omnes excepta Z in ſemiuocales & mutas diuidemus: Semiuocales ſunt ſeptem F L M N R S X, hæ omnes à vocali incipiunt, & in ſe terminantur, ſed vt pleriſque latinorum placuit, F muta potius, quàm ſemiuocalis eſt: id noſtra parum referre iudico. Mutæ autem, quæ à ſe incipientes in vocales terminantur, ſunt ſeptem B C D G P Q T, & dicuntur mutæ, quod exiguam vocem habeant, & mutorum ſonum videantur imitari. E ſemiuocalibus liquidæ ſunt quatuor L M N R. ſed de his hactenus. Nunc autem ad rem redeamus: Conſonãtum aliquæ geminantur, aliquę ſimplices ponuntur, quæ in ſyllabarum nexu ſibi ſuccedere poſſunt, hæ ſunt, B C D F G L M N P R S T & Z, ſed vltima in vulgari ſermone geminatur. Quæ ſibi non ſuccedunt H Q X ſunt. Rurſus conſonantium aliquæ in finibus, aliquæ verò in initijs & medijs. Finales hæ B C D L M N R S T X eſſe cum vocalibus, reliquæ reliquis locis conſtitui poſſunt. Aliam præterea conſonantum diuiſionem aſſignando, in duas partes diuidemus, Videlicet in frequentes & raras, harum tamen aliquæ magis & minus frequentes, ſic magis & minus raræ ſunt. Frequentes nominamus, quod frequentius, raras verò quod parcius in ſcriptis ſoleant euenire. Frequentes ſunt C F M N, frequentiores L R S T, raræ D G H P, rariſſimæ B Q X Z. Sed ne me aliquis dictis carpat, quod rariſſimas eas vocauerim, quæ crebrius aliquo in ſcripto interueniunt, vel ex aduerſo. Literas frequentiores & rariores eſſe dicam, vel ſui natura, vel aliunde. Ex ſui natura cùm plerunq; vel raro in ſcripto ſoleant occurrere. Extrinſecus

verò

verò cum aliquis continetur sermo in epistola, vtpote de AMORE, vbi AFFECTVS, AFFECTIO, VAV, HEV, & ijs similia repeti oportet, etenim si id euenit, non ex hoc F & H frequentissimas esse colligetur, sermo enim in epistola contentus aliquando frequentissimas rarissimas, & rarissimas frequentissimas faciet. D rara esse solet, & interdum sæpe in scripto repetitur, vt in

Diues Druse dabis domibus donaria diuum.

quemadmodum T in vulgatis versibus.

O Tite, tute tali tibi tanta tiranne tulisti.

Et tuba terribili tonitru taratantara trusit.

Sed quoniam satis elementorum tractationi fortasse tribuimus, nunc reliqua, quæ ad commodè interpretandum spectant prosequamur.

CAPVT. IIII.

Simplex commutatæ figuræ modus quomodo deprehendatur.

DVPLEX occultandi scripti genus esse proximo volumine indicauimus, alterum quod adhibita diligentia, & certa ratione potest interpretari, alterum quod Apolline solum ænigmatum autore, ne dicam Deo opt. max. interprete videntur indigere. Quare hac parte intermissa, illam prosequamur. Rationem autem, quæ in transponendis characteribus consistit, non esset inoportunum prætermittere, tum quia ijs, qui se ex alicuius operis præceptionibus in alijs scripturæ inuolucris exercuerint, facilior videtur, quàm vt demonstratione opus sit, tum etiam quia in libera hominum transponendi scripti voluntate minimè certa ratio tradi posset. Verùm ne rem omnino intactam relinquamus, id solum admonuisse satis erit, vt primùm experiatur, an eo dolo charta contecta sit. Characterum itaq; contextus

per omnem ordinem requiratur, modo in tertijs, modo in quartis quibusq; literis, vel alio ordine, modo à dextro in sinistrum, modo à sinistro in dextrum, modo in secunda linea, modo in tertia & quarta, vel aliter, modo in versuum initio, modo in fine (quemadmodum alio volumine suo loco significatum est) donec vnius tantum verbi notitia eruatur, quod vbi feliciter tentatum videbitur, pari ratione & ordine seruato, si eiusmodi solus sit, in cæterum procedi poterit. Hæc ad eam fraudem detegendam talis occulti scripti satis esse videntur, proximum est vt de agnoscenda simplici permutati characteris occultatione modos præbeamus. Notarum itaq; numerus, series, seu contextus, scripti partes discretæ, & characteres in fine collocati iudicia prebæbunt. Characteres itaq; diuersi primum distinctè numerabuntur, eos non plures viginti vno, vel vt summum duobus & viginti esse oportet, nam si plures sint dolus erit obscurior, & adiectitios & ociosos esse cognoscemus, minor numerus diffiniri non potest, siquidē notarius obscuritatis causa facilè in scripto *potest pauc*ioribus vti literis. Ijs prętermissis, quas rariores & minus crebras esse diximus; tum literarum contextum obseruabimus, quę pauciores characterum formę quinariū non excedentes, crebrius interueniant, ita vt nulla sit dictio, in qua vnus exilis character non incidat: Scripti præterea discretio huius generis esse poterit admonere, dum scripti partes disiunguntur, vbi recte ne, an perperam illæ discretæ sint, finalium literarum numerus indicabit, quas proximo capite recensuimus, nam si eiusmodi literæ scriptum terminantes plures erunt, quàm dictum est, argumentum alterius immixtæ fraudis *habebimus*. Verùm quia characteres pauciores esse posse *diximus*, operę pretium est videre, si numerus diminutus sit, quænam literæ adēptę sint, ratio itaq; hęc est. Si literæ vna, & viginti sint (vt à maiori numero fiat detractio) Y fuisse sublatā agnoscemus, si viginti X, si vndeuiginti Z, si duodeuiginti Q, si decem

& ſeptem B, ſi ſexdecim G, ſic & de reliquis ſeruato literarum ordine, quas vel minus, vel magis raras apellauimus, vt altera alteri ſuccedat. Verùm ne quis interdum fruſtrare tentata me in hoc ipſo fortaſſe vanum appellet, hoc quemlibet admonitum volo, me de re tam implicata, præſertim autorem, qui neminem habuerim, quem ſequi potuerim, præceptiones eas tradidiſſe, quæ & plerunq; ſic ſoleant euenire, & ſic natura eſſe demonſtrentur: vnde res ex coniecturis ducenda fuit, alioquin non inficior fieri, vt interdum res aliter, quàm eæ præceptiones admonent poſſit euenire, verùm in nihilo vanũ deprehendi, *diuini* potius, quàm humani eſſet ingenij. Hoc *nolui* prætermiſſum, rem de cætero plerunq; ſic ſe habere *benignus lector* intelligat.

CAPVT. V.

Conſonantes quot modis in ſimplici permutati characteris ſcripto à vocalibus dignoſcantur.

QVEMADMODVM igitur pueris, vt legere diſcant elementa primum dignoſci oportet, mox ſyllabas connecti, deinde verba colligi: pari ordinis ratione interpretem procedere neceſſe eſt, quare oportunum erit à præmiſſis, hoc eſt à *conſonantium*, & *vocalium inueſtigatione* ad earum poteſtatem indagandam pertranſire, vt vbinam eas *inquiri* oporteat oſtendam, at quia contexta & par *vtriuſque inueſtigandi* ratio eſt, altero enim cognito, ſtatim *alterum* innoteſcit, ideo earum inter ſe diſcrimen primùm viſum eſt hoc capite compræhendere. Accurata itaq; debemus diligentia circa hæc inſiſtere, vt recte ſcrutari & ſecernere diſcamus, omnẽ enim de hac re preceptionẽ ſuper his cõſtituimus, totaq; noſtra hic innititur cognitio, vt ſi in his inītio hallucinamur, ſtatim in ipſo limine cogamur deficere, tũ poſtmodum errore excreſcẽte, vt de implicata interpretandi

ratione omnino desperandum, vel in ea maximè elaborandũ sit, error enim, qui initio fit, deterior, quàm qui in progressu esse solet, diligentius ergo interpres rem initio perpendat. Sed earum distinguendi rationes plures sunt. Nemini itaq; dubium est literarum ex notis vocalium & consonantium constare, sicque consonantes vocalibus inniti, vt literarum nexus aliter effici non possit, nam sicut membra absq; neruis nequeunt adsistere, pari modo sine vocalibus consonantes constare non possunt, vocales enim spiritus vim obtinent, & consonantibus sonum impertiunt, cum ergo ita socientur, si alteras nouerimus, alteras enim statim cognosci oportebit. Prima igitur ratio est, vt toto orationis ambitu, literæ, quæ frequentissimæ occurrant videantur, quæ si numero quinq; sint obseruemus, & sic frequentes erunt, vt nulla dictio sit, in qua magis, vel minus crebro pro literarum numero reponantur, eiusmodi notas vocales esse cognoscemus. Cæterum positionis ordo erit, vt vel syllabam *præcedant*, vel primam literam sequantur, vel secundæ succedant, vel tertiæ, rarissime & ferè nunquam quartę, vt fit in ERICHTONIVS & ABSTRVSVS, quod si sermo vulgaris, & Italicus erit, nouissimos dictionum characteres, præsertim in soluta oratione, vocales esse admonebimur. Possumus & alia ratione eas *literas venari: nempe si ea quæsiuerimus elementa, quæ rarissimè in scripto reponuntur, quas vix tertio, vel* quarto quoq; versu repetitas offendemus, eas consonantes has Q X Z esse cognoscemus, eæ enim quoties obuiauerint, vocalium sequelam nunciabunt: Hoc etiam *plerunq;* H præstabit, quo fiet, vt ex harum ductu, illarum *sequelã* nanciscamur, vel è conuerso. Tertius modus erit, *vt* disiunctos & singulares characteres obseruemus, qui dictionem constituant, eos enim vocales has A E I O esse necesse est, quæ quatuor erunt, vt fit in latino sermone *in* A' IOVE PRINCIPIVM, in E' PATRIA EXTORREM, in IS EQVERE ITALIAM,

LIAM, & in O' VTINAM. Quartus erit, vt aduertamus an eædem characterum formæ dictiones vel inchoẽt, vel terminẽt, eas enim proculdubio vocales esse dicemus: nunq̃ enim fit, vt dictio à geminis ijsdem consonantibus inchoetur, vel in easdem geminatas desinat: vt fit in VVLTVS, & IIDEM, & IVDICII, & EOO, & huiusmodi alijs. Quod verò in dictione VVLTVS vtramq; VV vocalem appellamus, velim lector intelligat (vt sæpius dictum est) à nobis huius disciplinæ causa orthographiam contemni, neq; enim, quamuis alio ea litera fungatur munere, curamus propterea nomen permutare. Sed hinc germanicum idioma, & barbara alia excludi censemus, in quibus fit interdum, vt eædem consonantes dictionis initium faciant & finem. Ad hæc quinta ratio accedit, vt si in media dictione geminatas literas coniungi videbimus, inde præcedentem, & subsequentem characterem vocales esse colligamus, quod ferè nunquam decipiet, vt fit in ACCOMMODO, & OCCVRRO: Infirmatur aliquando regula sequente H, L, & R, vt fit in BACCHVS, & AGGLVTINO, & ATTRITVS, sed hoc rarò euenit. Poterunt tamen geminati & simul positi characteres vocales esse, quod ex præcedentibus, vel subsequentibus non erit difficilè deprehendi, vt fit in CONIICIO & DEESSE, & sic literas vtrinq; positas consonantes esse deprehendemus. Hoc tamen nouissime præstabit inter duas similes characterum formas dissimilem vnã inspicere, fit etenim plerunq;, vt similes vtrinq; positæ, vocales sint, vt in MISERERE, licet interdum etiam character dissimilis interpositus vocalis sit, vt IVIMVS. Frustratur tamen etiamnum regula, fitque vt tres characteres consonantes sint, vt in INITE, hoc tamen rarius euenit. Vnde regula minimè contemnenda est, tametsi incidat, vt aliquando locum non habeat, nullæ enim ferè de re aliqua præceptiones afferri possunt, quæ interdum non frustrentur, neque generalia per particularia debent infirmari, sufficit

nanque vt multo frequentius præstent, quàm decipiant: quod etiam de cætero sentiendum est.

CAPVT VI.

Quot modis distinctas consonantium potestates venari possimus.

CONSTITVTO duplici literarum discrimine, & vocalibus à consonantibus discretis, sequitur vt distinctas earum potestates aucupemur, sed id ipsum primùm in consonantibus quæremus, tum quia consonans plerunque vocali præponi solet, quod quasi natura videtur præcedere, tum quia ex vna consonante alterius & consonantis & vocalis notitiam vt plurimum, eius natura edocente, aucupamur, quod ex vocalibus consequi non possumus, quemadmodum enim aliquam consonantem certa vocalis necessario sequitur, & posito consonantium numero *poterit* vnaquæque diffiniri, obseruatus enim earum literarum ordo in syllaba, non parum adiuuabit, non fiet pari modo, vt vocalis certa, consonantum, quæ præcedunt, vel subsequuntur nobis possit notitiam distinguere, vt igitur ad institutum accedamus, plures ad hanc rem poterunt præceptiones adiuuare. *Primùm itaque characterum figuras obseruari conueniet, quę frequentiores, quęque minus frequentes* in scripto apponantur non ignorare, singularum repetitam positionem numero indicante, tum admisso literarum ordine, quemadmodum magis vel minus crebro *solent plerunque* ex sui natura scripto interuenire, singulæ *figuræ* distinguentur, de quibus licet superius *facta sit mentio*, non grauabor tamen eas literas iuxta seriem rursus apponere. Ordo igitur se habet huiusmodi. S T R L M N C F P G H D B Q Z X, quarum vnaquæque quanto præcedit, tanto frequentior est. Non inficior tamen secus posse euenire,

eaque

eaque de causa plures rationes afferuntur, vt si vna regula frustretur, aliæ non decipiant, & aliæ alias subsistentent, quare omnes, si erit necesse tentari conueniet: huius rei fidem faciunt typographi, qui singulorum elementorum typos pro cuiusque vsu graduatim magis & minus frequenti, plures & pauciores habent, quod eorum elementorum vsus magis & minus crebro soleat interuenire. Huiusmodi præceptiones remotiores sunt, quàm vt certa literarum cognitio haberi possit, nunc ad magis propinquiores proximum est accedere. Succedit itaque ex consonantium numero tum in initijs, & finibus verborum, tum in ijs medijs, quæ vnaquæq; sit cognoscendi modus. Sed vt hoc in initijs primum exigatur, hæc erit obseruatio. Dictionis principio, vt summum quatuor consonantes cohærebunt, vt accidit in PHTHISI, PHTHONGO, SPHRAGRIDE & similibus, minor numerus non perscribitur, nam tres, duæ, & vna tantum potest vocalem præcedere. Si quatuor itaque vocalem antecedant, plerumque fit, vt duplicem, id est secundum & quartum locum index aspirationis sortiatur, nam & illa interdum posita semel, allibi collocatur, vt fit in SPHRAGRIDE, ea enim interueniente, literarum numerus augetur, cum scripturæ nihil præter sonum, quasi furtim præbeat. Sed crebrius dictionum principijs tres consonantes solent cohærere, quarum vt cuiusque potestatem venemur, hic modus obseruabitur: Earum primam ex his vnam esse necesse est C P S T, harum enim consonantium natura duas alias subsequi permittit, quarum altera si erit aspiratio, vel prius, vel posterius apponitur, vt in CHLAMIS, PHRASIS, THORNVS, & PHTOLOMÆVS euenit, at S nullam patitur aspirationem statim subsequi, vt in SPHÆRA, quod in eo numero nulla fuerit aspiratio, tum primam S esse necesse est, hæc enim semiuocalis patitur mutam primum

deinde

deinde liquidam subsequi, ex mutis verò vnam ex his euenire necesse est, B C G, vt SCLOPVS & STRAGES, verùm de B & G latinum exemplum non habetur ex præcipuis duobus liquidis, vt L vel R, vt SCRIBO, STRABO & id genus reliqua, è consonantibus verò hæ solæ C P T R statim recipiunt aspirationem, ratio est, quod cæterarum natura asperitatem non ferat, quod si duas consonantes verborum initia admiserit, ex his singulas primas esse oportet B C D F G P R S T, secundas verò L H R, sed earum nexus talis erit. B potest L & R admittere, vt BLASIVS & BRACHIVM. C omnes simul, vt CLARVS, CHRISIS & CREDO, D solum R accipiet, vt DRACO. F L & R, vt FLVMEN, FRANGO. Easdem G assumet, vt GLISCO & GRATIA. P omnes, vt PLVS, PHISIS, & PROBVS. R tantum H excipiet, vt RHENVS. T H & R accipiet, vt THAIS, & TRASO. S verò soli aliæ plerunq; consonantes supponuntur, vt T C F & P, vt STATVA, SCIPIO, SPHINX. De F latinum exemplum afferri nullum potest, sed eo sic vernaculi vtuntur. Solent illæ interdum & aliter connecti, vt B cum D quemadmodum est BDELLIVM, & C cum T vt CTESIAS, M cum N, vt MNESTEVS, G cum N vt GNARVS, C cum N vt CNEVS, sed huiusmodi verborum nexus & si qui sunt id genus alij rarius indicunt. De simplici cosonante conuenit dicere omnes posse vocalem statim præcedere. G latinus sermo V, quæ præit vocali non patitur subsequi, quare VIDO, VERINVS, VALTERIVS, pro GVIDO GVERINVS, & GVALTERIVS dicitur, quod in patrio sermone non seruatur. G apud latinos aspirationem non recipit, sed apud vulgares non excludit. D aspirationem nunquam patitur subsequi. De consonantibus dictiones inchoantibus satis, nunc de alijs quæ in medijs solent occurrere. In media dictione possunt quatuor simul esse consonantes,

quod

quod euenit, vel aspiratione, vel liquida, vt fit in ERICHTONIVS & ABSTRVSVS. Si verò ternæ fuerint, quod crebrius euenit, primas aut has S & M semiuocales esse oportet, aut omnes mutas, quod si M fuerit, tum H sequi necesse est, si S eas, quas necessario succedere superius diximus: idem & de mutis etiam dicendum est, sed hoc erit, si eas consonantes syllaba simul coire patiatur, alioquin illæ erunt, quæ coniugi non possunt, quemadmodum B C, & ex aduerso consonantes, quæ intra dictionem in syllaba coeunt, eas esse cognoscimus, quæ possunt & initio syllabam conficere. Prima igitur geminatarum consonantium cognitio se offert, omnes esse poterunt exceptis his H Q X & Z, sed hæc postrema in materna sermone geminatur, verùm si geminatas alia consonans consequetur, illam vel alteram ex duobus liquidis L & R, vel aspirationem esse oportet, vt fit in AGGLVTINO, AGGREGO, & BACCHVS. Terminare verò dictiones tres consonantes possunt R B S, & R P S, vt VRBS, & STIRPS, sed has tantum dictiones esse comperimus. Crebrius duæ vt S T, N T, N S, & R S, quemadmodum fit in EST, AMANT, AMANS, & A R S, raro in P S, B S, N X, vt STIRPS, SCOBS, SPHINX. Finales verò literę vt dignoscantur, hę apud latinos crebriores esse solent D M N R S T, in has etiam nonnunquam desinunt B C L X. De vocalibus nihil dicimus, nam omnes ferè dictiones in eis terminantur. In H terminantes dictiones duæ suppetunt latinis AH, & VAH, quæ detracto A supersunt de AHA, VAHA. Vulgares tamen nostri in vocales plerunq; dictiones terminant, finales verò consonantes paucas habent R L T H. Possunt & aliæ de agnoscendis primis, medijs, & extremis dictionum literis obseruationes tradi, sed eas tum breuitatis causa, tum etiam quia hoc ipsum grammaticæ potius, quàm nostrę tractationis est, omittimus. Hæc licet non nullis leuia, & parui momenti videri

possint, tamen quia à nostro munere nequaquam abhorrere visa sunt, non duximus omittenda.

CAPVT VII.

Quot modis singulas vocalium potestates aucupemur.

DISTINCTA in hunc modum consonantium notitia, sequitur mox vt sic vocales cognoscantur: huius rei modi aliquot afferri possunt. Primus itaque est, vt inde initium, vnde ante in consonantibus auspicemur: Si earundem figurarum repetitio obseruetur, quæ crebrius, quæque minus crebro in scripto reponantur, illæ ordine sic se habent, vt E frequentissima sit, I mox minus frequens, hac rursus rarior O, sic & hac minus frequens A, & V postea omnium rarissima. Primæ verò binæ in scripti repetitione tam quasi cognatæ sunt, vt vix possint diffiniri vtra crebrior soleat interuenire, idem & de binis alijs O & A recte affirmabitur, quod obseruatis singulis in libris dictionibus ediscitur, licet interdum res aliter contingat, nos enim de eo quod frequentius est, non quod & aliter interdum fit, loquimur. Hoc primum indicio habito, alia deinde obseruari oportebit, vt si duæ similes vocales inchoent, & terminent, vtramq; I I esse cognoscamus, vt pluralitatem pronominis, quod est I s innuat, quod si verbi initio eædem figuræ sint appositæ, ambas vel I, vel V esse censebimus, vt est in VVLTVS, & IIDEM, cuius rei certitudinis succedentium mox characterum poterit obseruatio confirmare. Duplex enim O O solum in dictione OONÆ (insulæ in Septentrionali oceano positæ) reperitur. Eiusdem raritatis erit verbum inuenire, quod à triplici vocali initium sumet, hoc enim nescio an in aliquo vocabulo, quàm in eo, quod est VVLA

reperi-

reperitur. Hanc præterea vocalem esse cognoſces, ſi eam rariorem vniuerſo ſcripto literam ſequi conſpexeris, quàm Q esse admoneri poſſumus, illi enim ſemper ſolent ſuccedere. Plures ad hæc coniecturæ afferri poſſunt, ſed eas prætermittere tam parui refert, quàm conuenit breuitatem ſequi, neq; enim interpretanti obſeruare omnia, quæ de his dicta ſunt erit neceſſarium, ſiquidem nimis moleſtum foret ad hęc cuncta experiri, vt ſatius eſſet in ambiguitate remanere, quàm in tanto labore tam anxiè torqueri, ex paucis enim huiuſmodi obſeruationibus, *facilè* fiet, vt nonnullæ cognitæ literæ, cæterarum nobis (*quemadmodum* alibi dictum eſt) ſine regulis *cognitionem* trahant, quare omnis labor circa initia verſabitur. Verùm nec adeo vni regulæ ad literæ cognitionem *fidendum* eſt, vt non debeamus experiri, an ex alijs eius certitudo confirmetur, alioquin parum fuiſſet profuturum multas ad id præceptiones tradere, niſi viſum eſſet commodius vnam alterius nixu ſubſtentari, & vnius certitudinem debere alterius experimento confirmari.

CAPVT. VIII.

Quomodo traditis regulis vti conueniat, tum de eo exemplum

NVNC *quemadmodum ijs regulis vti conueniat*, operæ prætium eſt *indicare*, quod non modo ſuperfluum non *videtur*, verùm etiam maximè vtile, imo verò interdum maximè neceſſarium; parum enim eſſet quempiam præcepta artis, & inſtrumenta habere, niſi eorum etiam vſum percalleat, neq; dubium eſt eum, qui alicuius rei futurus eſt artifex, ſi alium artificem operantem videat, multo facilius ea, quę didicit oculorum ſenſu, quàm ante auditu, & mentis agitatione percepturum, cum certior rerum notitia ex oculis, quàm

aliundè haberi possit, nam & certiora sunt ea, quæ per praxim, quàm quæ per præcepta, & canones tantum ediscuntur. Sed vt ad propositum accedamus. Primum ex regulis, quas tradidimus, ecquid huius generis an alterius obscure scriptum sit, diligenter interpres obseruabit, quod vbi cognitum sit, ad hoc genus pertinere, elementa primum singula distinguet, & suam cuiq; characteri potestatem suppositis veris literarum formis substituet, quod rectè ne an perperam effectum sit, experimentum indicabit, aut etiam *in* eadem potestate integros & perfectos verborum sensus characteres explebunt, aut imperfectos corruptos & nihil prorsus significantes reddent, quod si ea cura minus dexterè videbitur cessisse, iudicium in artis locum succedet, res coniecturis agenda; & in ijs est multum elaborandum, tentabitur an in paucis modo his, modo illis, nunc permutata potestate, nunc restituta res possit videri voto cedere. *Si adhuc* res animo non responderit, quærentur verba, *in quibus* vel nulli sint ijdem characteres, vel pauciſſimi, vt aliorum mox experimentum fiat, donec possit videri, an ex ijs aliqui opinioni conueniant, si ne hoc quidem proderit, dictiones tum pauciſſimis conflatæ literis eligentur, vti quas vel vna solum perficiat, vel duæ, tresue, aut ad summum quatuor, siquidem quæ huiusmodi sunt, inter paucas numerantur, & minor proinde labor erit ad certitudinem non multum vagari: cuius rei gratia nos tabulas confecimus, vt quoties opus sit, ea de causa quilibet ad eas possit recurrere, sic enim facile erit verba, si qua huiusmodi scripto reponantur intelligi, vnde characteribus primum aliquot cognitis, *non* difficile quis poterit aliorum mox notitiam consequi. Sed si ex aduerso prima fronte iudicium videbitur voto cessisse, vt non obscuro argumento sciri possit, ecquid veras notarum potestates fuerit venatus, ex antecedentibus vel consequentibus certitudinem nanciscetur, nam si laborem euentus minimè

nimè sit frustratus, hoc integer & congruus verborum sensus indicabit, ipsa verò cognitorum characterum iunctura, reliquorum subinde poterit paulatim notitiam ingerere, qua in re minime labor fugiendus est, sed res tandiu tentanda, modo vt diximus literarum potestate permutata, modo restituta, donec quod clausum se sponte paulatim aperiat. Verùm ad hæc non parum afferet luminis, si eorum, quæ circa rem sunt, quæque prius ab interprete sciri diximus præstare, cognitio accesserit. Initio igitur antequàm ad scriptum veniatur, nonnulla ex coniecturis nanciscì licebit: Veluti quia de manu militis, ab exploratibus epistola est intercepta, de re bellica inde tractatum esse arguetur, vnde verisimile est BELLI nomen non esse prætermissum & exinde quatuor eius verbi literas, siue ex quinque, siue sex, siue pluribus ea dictio conflata sit, non deesse, si idioma latinum esse cognoscetur: nam si vernaculum illud sit, proprj verbi literas perquiri oportet, atqui ad hoc scripti prius rationem haberi est necesse, nam si illud ad hoc genus petinebit, verbum illud si erit, facillime poterit obuiare, si verò alijs dolis inuolutum sit, maior ad inueniendum erit labor, & rem aliter, atque aliter pro scripti genere tentare oportebit. Sed vt dicta facilius intelligantur, exemplum adijciam: nam vt in declarationibus efficacissimum est, ita in disciplinis ad discendum aptissimum videtur, quod sic præcepta quasi experimento comprobentur, multa enim instantia iudicio, vel statim sæpe decernuntur, quàm vel difficile est ante casum à magistro diffiniri, ne dum à discentibus percepi. Id obscurè igitur scriptum erit.



Primum itaque variati characteres, quod non plures viginti conſpiciuntur, crebrior præterea quinq; characterum repetitio, quæ vocalium præbet indicium, finales etiam literæ, quę prę ſcriptum numerum non excedunt, diſtincta tum partium ſeries, & cætera demum, quæ ad huiuſmodi ſcriptum ſpectant, ſimplex permutati characteres genus eſſe non ambiguis admonet coniecturis, idioma verò latinum eſſe ex finalium literarum numero deprehenditur : quia verò magnates ab epiſtolis in arduis præſertim negotijs notarios ſcripturæ peritiſſimos habent, ſperandum eſt proinde orthographiæ rationem minimè fuiſſe prætermiſſam : Cæterum antequam ad elementorum notitiam veniatur, tentari poteſt ex ipſa materia an aliquod recte ſcripti verbum poſſit intelligi, vt ea ratione aliqua inde literarum notitia deueniat. Quoniam itaque (vt dictum eſt) conijci poteſt de bello agi, quod epiſtola vel belli tempore, vel à milite intercepta ſit, vel alia id ratione cognoſcatur, proinde non erit admodum difficilè perquirenti aliquo ſcripti loco eius verbi ſex literas inuenire, prodente hoc præſertim geminatæ literæ, quæ oportuno loco collocantur indicio, eoque modo ex ipſa materia priuſquam ex ſcripto trium primo figurarum, quaſi

certam

certam notitiam deprehendi: nam de ijs non dum prima fronte ſatis poterit conſtare, niſi ex conſequentium poſitione certius notitia confirmatur. His itaque in vniuerſum cognitis ſupereſt rem ipſam proprius attingere, vt ſingulorum elementorum poteſtas dignoſcatur. Vocales igitur primum in medijs dictionibus, & interdum in earum finibus quæſiturus (latinus enim ſermo in terminationibus poteſt decipere) has figuras quia crebrerrimæ repetuntur, Ɔ Λ Π ⊙ Ⱶ vocales eſſe conijciet. Huc accedit, quod rationibus eædem raris characteribus, quoties occurrunt videntur adhærere, neç obſtat, licet interdum etiam illis nonnullæ conſonantes proximè poſſint ſociari, nam de eo potius iudicandum eſt, quod frequentius euenit, quàm quod rarius, hoc etiam præſtat, quod proximè generatos characteres ex vtroq; latere cernuntur aſſiſtere, ſunt & alia, ſi qua ad rem ſpectant, quarum illæ inditijs prodantur, vnde colligi licet, eas non niſi vocales eſſe: cum per omnes ſimul regulas de illis opinio confirmetur. Vocalibus in hunc modum à conſonantibus diſcretis, proximum eſt ſua ſingulis munera aſſignare. Sed vt hoc in conſonantibus primum (vt dictum eſt) oportunius exigatur, duplici ratione perfici poteſt, repetitione, & plurium coniunctione, tum in extremis verborum partibus, tum etiam in ijs medijs, ſi repetitionem ſequimur, hoc modo qualemcunq; earum diſtinctionem nanciſcemur.

Φ Ⱶ V Σ Ʒ O Λ Ɗ Ꝁ T Δ Ɪ Ω Z Γ
B C D F G H L M N P Q R S T X

Poſſet tamen etiam edocente regula aliter, atq; aliter ſingulorum poteſtas diffiniri, quamuis ne ſatis quidem tantum ſit illis fidem habere, ſolet enim ſępe decipere, quemadmodũ & hoc loco indicabitur: verum ne hoc ignoretur, quonã pacto aliter poſſit poteſtas variari, earum repetitio obſeruabitur,

quæq;

quæq; toties indifferenter repetentur, vna pro alia sumi poterit, potior tamen semper maioris, quàm minoris frequentiæ, nisi aliter experimentum demonstret, rationem habeti conueniet, quod nobis tradendi exempli gratia, alioquin quatenus magis placet, regulæ fides habenda est. Ad huius distributionis exemplar interpres posset suam etiam aliter variare, sed eam distinctionem si vlterius progredimur, posterioribus regulis in aliquibus videbimus infirmari, exinde itaq; experimentum inituro oportunum erit primum *ad faciliores* obseruationes recurrere, vt si per eas satis possit proficere, maiorem laborem effugiat. Quoniam itaq; dictio est, quæ quatuor literis conflatur, quarum tres, quæ in fine collocantur, consonantes sunt, cum eiusmodi vnam tantum dictionem, quæ VRBS est agnoscamus (nam STIRPS & si totidem habet in fine consonantes, sex tamen constat literis) eam esse oportebit, quemadmodum in tabulis apud dictiones totidem literarum est videre, vnde non *modò trium* consonantium, quæ in fine sunt, notitia elicitur, *I Φ V*, sed etiam vocalis A quæ illas præcedit. Huc accedit, quod ex his literis prima in nona dictione consonans præit, quæ siquidem omnium rariſſima est, Q videtur fungi potestate, quod magis verisimile est adueniente in ea dictione aliarum eiusdem verbi literarum notitia, quod vocales sint, ex quo licet affirmare, characterem, qui quinto loco ponitur, in dictione, in qua BELLI nomen ponitur, V potestatem habere, vnde etiam concludi licet, vltimum, qui hunc sequitur, non alium esse, quàm M. De prima consonante, *mox* per aliam geminatam in quinta dictione iudicium *confirmatur*, quod alioquin dubium esse posset, an L potestate fungeretur, nam certum est vocalem ibi non esse. De alia mox consonanti, B iudicium confirmatur verbo, quo BELLI nomen notatum coniecimus, in quo etiam de L notam talem I vidimus. Quod verò dictio est, quæ tribus literis conflatur,

tur, quarum postrema scripto rarissima, cum semel tantum incidat succedit vocali, quam hucusq; V esse deprehendimus, dubius esse non debet nouissimam X esse, nam quæ inter rarissimas est, aut H, aut Q, aut X, aut Z esse existimatur, atqui Q primum & Z è numero eximuntur, quia nunquam in fine verbi collocantur. H præterea non esse ex literarum ordine deprehendimus, ea enim potestas in fine dictionis apud latinos in verbo tantum VAH reperitur, quarum media A est, non V: Vnde superest dicere, non aliam esse, quàm X, & primam vel D, vel L, vel N, vt vna ex dictionibus tribus sit DVX, LVX, NVX: Sed quia vel cognitum est de re bellica agi, vel magis consentaneum de re magni momenti, quàm parui, credibilius erit de DVCE ibi, quàm de NVCE, vel LVCE mentionem factam esse. Vnde hactenus colligi licet harum literarum veram notitiam, quarum potestatem suppositis nostris literarum formis indicabimus.



B D E L M Q R S V X

Ex his & huiusmodi alijs coniecturis, habita etiam de cætero, vt commodius fieri poterit consonantium notitia, & aduocatis ad hoc præsertim tabulis, cum opus erit, mox ad vocalium distinctionem transitus fiet: nec quicquam referet, non omnibus adhuc consonantibus cognitis ad vocales deuenire, ex ijs enim aliarum poterit consonantium elici coniectura, quemadmodum ex consonantibus etiam vocales cognosci posse superius demonstratum est. Vocales itaq; in hoc scripto duplici modo nancisci licet, repetitione, quod omnibus conuenit, & quod rarissimam figuram, quæ adhuc Q videtur fungi potestate, character sequitur. Sed de V satis vidimus factam fidem, non minus etiam de E posset

 videri

videri constitisse, sed eas cum alijs prosequemur, vt etiam de illis opinio certior habeatur. Hæc igitur nota A quia omnium crebrerrima est, quod decies octies repetitur I, vel E potest videri, sic & ∏ quia vna minus vice scriptum ingreditur, vtriusque non minus videtur sibi potestatem vendicare vtraq; enim potestas plus minus solet frequenter occurrere, & modo hæc, modo illa (vt dictum est) crebrius interuenire. Mox quia ↄ sexies conspicitur, A potestatem representat, postremo quod o & Λ quinquies tantum recensentur. O & V, quæ omnium rarissimæ esse solent, potestatem indicant. Hoc singulorum characterum arguit repetitio, nouissimus verò quia rarissimam figuram sequitur, quã adhuc Q esse deprehendimus, etiamnũ de eo quod dictum est, fidem magis auget, quo certius videri potest in verbo, vbi de BELLO fit mentio, dictionem BELLVM positam non BELLIS. Vnde etiam de M litera certior notitia elicitur, quæ & tali figura ϗ designatur, & E vocalis, quæ per eum characterem demonstratur, & in V potestate etiam alibi errorem non esse, & in ea dictione, quæ septimo loco ab vltima locatur, ex eadem vocali initio & calce verbi posita, mediam geminatam C esse colligemus, quæ nisi de S nobis constaret, pro ea etiam posset haberi, ex eadem vocali in dictione duarum literarum, quæ sexto loco ab initio ponitur, & quarto à fine reperitur, alteram figuram T necessario esse conijcimus, nam neq; S, neq; X esse ex superioribus licet existimare. Eiusdem præterea vocalis ex cognitarum consonantium indicio secunda se scripti dictio manifestabit, vt MEDIAM proculdubio ibi notatum esse intelligatur, quod vt certius videri possit, dictio, quæ nono ordine collocatur, accedente priorum literarum notitia, tutiorem fidem facit, vt verbum sit, quod causam reddit QVIA. Sed de his vocalibus aliundè etiam poterit constare, vt opinio certius confirmetur. In septima præterea dictione ex cognitis

chara-

characteribus facile erit asserere, secundum characterem, qui solus supereſt, vt verbum intelligatur, non aliam, quàm N poteſtatem habere, vt dictio perfecta ſit INITE. Et ex huius inde conſonantis notitia in verbo tertio loco poſito primam vocalem, nihil præter O eſſe venari licebit, vt NOCTEM dictionem perficiat, quæ vocalis nouiſſima primum in ipſo ſcripti limite prima literam de qua ibi tantum reſtat dubitare P eſſe, mox quarto loco etiam primam, non aliam, quàm H eſſe manifeſtabit. Huius rei opinionem verbum tertio loco poſitum, quo HODIE ſignificatur ſignificabit. Quid tertiodecimo loco ſcriptum ſit, eadem ratione facillimum erit affirmare, nam vt integer verbi ſenſus ſit, primus character non aliam, quàm F poteſt habere poteſtatem, vt FORTITER verbum innuat, cuius opinionis penultimum verbum fidem faciet, quo finis ſignificatur. Supereſt demum ex toto ſcripto eius tantum characteris O poteſtatem venari, qui in quinta dictione geminatus, non alterius poteſtatis iudicium præbet, quàm G, vt AGGREDIMINI verbum ſignificetur, quod in alio verbo BELLIGERANDO confirmatur, vbi neq; alia functione poteſt ſenſum perficere. Ex his omnibus coniecturis ſingulis characteribus licet ſua munera ad exemplum ſubſcribere, illudque ob oculos ponere, vt interpretando ad eius iudicium recurratur, ſic res ſtatim non infœliciter cedet: & ſe totum occultè ſcriptum referabit. Experimento liquet laboris ſummam, vel in vnius tantum characteris notitia verſari, nam ex vno cognito, plurium inde facilè trahitur cognitio, & mox ex pluribus facillimum eſt occultas omnium poteſtates eruere, ſiquidem aliæ ex alijs cognoſcuntur, nec minus aliarum notitia ex alijs dependet, quàm in cathena anuli, in qua mutuò connectuntur, vt ſi anulum quis permoueat, reliqui ſtatim proximi moueantur, quare ad huiuſmodi exemplar reliqua id genus ſcripta cõuenit interpretari. Vnum verò illud reſtat dicere, quæ de hoc

scripti genere obseruationes traditæ sunt, eas etiam ad sequê tia in assignandis characterum potestatibus debere accommodari.

CAPVT. IX.

Quomodo continuati scripti partes dirimantur.

SEQVITVR vt à simplici scripto ad continuatum transeamus, vt ordo secundi libri seruetur, de quo vt in proximo factum est, quemadmodum primum eius partes dirimantur tradi debere rationem oportunam videtur, nam de eo cognoscendo nihil est quod dicam, ipsi enim oculi satis hoc per se indicabunt, vt non alio magistro opus sit, nempe si scriptum nusquam, vel nullis interuallis, vel incisis membris, periodis, alijsque lineolis, sed tantum versibus seiungatur, quod si quando euenit, hoc scripti genus procul dubio esse censebitur, res clarior est, quàm vt vel exemplo videatur indigere, sed iam quot, quibusque modis *dolus hic* auferri possit, & scriptum detegi supereſt indicare. Prima ratio videtur, vt aliquæ ex his dictiones IN, ET, VT, CVM, QVIA, QVONIAM, & huiusmodi aliæ, quæ frequentius solent in scriptum ingredi, in simili plurium characterum coniunctione per totum scriptum dispersæ requirantur, eæ inuentę & diligentius obseruatę, vt integrę includantur, quatenus similes sunt, transuersis lineolis ab alijs partibus seponentur: hoc præstabit, vt non modo eas tantum partes disiungamus, verùm etiam vt designemus proximarum *dictionum* confinia, eadem enim ratione, & *præcedentis* finis verbi, & subsequentis initia decernetur: neq; *hoc tantum* in huiusmodi dictionibus, quas pauciores absoluunt literæ, verùm etiam in alijs, quæ ex pluribus constant, conueniet obseruare. Ad hoc etiam faciet si duplicatam consonantem ex vno latere vocalis, ex altero consonans comitetur: quare ad hoc proximis regulis, quibus vocales à consonantibus dignoscun-

gnoſcuntur, vti oportebit; ſi illud itaq; ſic erit, inter ſimiles, quæ geminantur diuidentem lineam interponi conueniet: tamen ſi hoc etiam deciperet, ſuccedente liquida, vt fit in AGGLVTINO, & AGGREGO, ſed hoc parcius ſolet euenire, & ſi quando fit, conſonans ex ſequenti latere comitatur, nam & ſi præcedenti adhæret, (regula nanq; decipiet) ad cautionem proderit aliarum regularum acceſſio: nam quod pluribus modis nihil diſſidentibus confirmatur, etiam ſi vna repugnet, ratum habendum eſt: hæc ratio vſum præſtabit in aſſignandis tantum dictionum principijs & finibus. Præterea ſi quatuor, quinq; ſex, vel ſeptem ſimul conſonantes ſint, certum erit inter eas eſſe verborum diſcrimina, nam non poteſt dictio in plures, quàm in tres conſonantes deſinere: vnde ſi ſeptem cohæreant conſonantes (quod rariſſimum erit) in tertium cadet diſcretio: nam à quatuor poteſt inchoari, ſed hoc rariſſime fit, vt in VRBS PHTHISIS, ſi ſex numerus dimidiabitur, vt eſt VRBS STRABONIS, licet etiam poſſet partitio in ſecundam cadere, vt in verbo AMARENT PHTHISIM, ſed ſi quinque fuerint, primum verbum prima, ſecunda, vel tertia terminabitur: ſi quatuor nihil poteſt diffiniri, nam à totidem incipi dictionem demonſtratum eſt. Sed veriſimilius erit, verborum inter eas nexum eſſe, quod eiuſmodi verbum vix alterum aut tertium erit inuenire, alioquin vel prima, vel ſecunda illud terminabitur. In plurium vocalium coniunctione, tam difficile eſt partium terminationem dare, vt nullo penè modo iudicium ſatis poſſit conſtitui, ſiquidem I vel V, quæ conſonantium ſibi poteſtatem vſurpant, crebrius repetitæ multis cum vocalibus connecti poſſunt, ita vt earum ſequela, vel vigeſimam poſſet tranſilire. Verùm ſicubi tam numeroſa vocalium coniunctio obuiauerit, præſtabit, vt earum occurſum, poſt primam ſtatim uel alteram ad ſummum tertiam cognoſcamus: quàm uis hoc modo non ſatis poſſit earum poteſtas diffiniri. Ex ſimi-

lium verò vocalium continuatione dictionum initia & fines tuto licebit deprehendere: vt si eiusmodi quatuor conspiciantur in secundam cadet partitio, vt frequentius fit in I, vt IVDICII IIDEM, parcius in O, vt EOOO OONÆ insulæ, in A posset etiam occurrere, sed exemplum de terminatione non suppetit. E non plures duabus esse possunt, V non plures quatuor, vna semper dictionem terminante, quare minime posset recte decerni, an in paucioribus partis discrimen debeat constitui, nam in VVLA tres sunt in initio vocales, sed eiusmodi non est aliud verbum inuenire. Hæc sunt, quæ ad partium segregationem occurrunt posse obseruari, quæ si ad id aut parum, aut nihil ex notarij vafritia præstaret, huic difficultati poterit esse adiumento: primum duas tantum, mox tres, inde quatuor, demum plures characteres ab initio accipere, perinde ac si totidem literarum verbum futurum sit, & iuxta proximas regulas suam singulis potestatem tribuere, donec res *sæpius* tentata, fœliciter respondeat, vt integer verbi sensus maneat: sic & postmodum de cætero fiat, vel si hoc ad id non satis videatur esse præsidio, vel frustra laboratum sit, id proximæ rationes poterunt præstare, quàmuis quoquomodo ad eas recurrere postmodum fuisset necessarium: nam hæc ad partium tantum discrimen faciunt. Ad hoc scripti genus si per tempus licuisset, earum volumen tabularum cum *alijs*, quæ sunt in quarto libro editurus, quod adhuc est in manibus inchoatum, illud, si posthæc potero paulisper animum ab instantibus rerum impedimentis auocare, propediem absolutum emittam.

CAP.

CAPVT X.

Quomodo continuatum ſcriptum poſſit interpretari exemplum.

EXPOSCIT locus vt, quod in ſuperiori ſcripti genere præſtitimus circa interpretandi modum, hic etiam ſeruemus. Sed quia nonnulla de cura & diligentia, quæ in omni forma ſcripti ab interprete habenda eſt, proximo capite diffuſius pertractantur, nunc ea relinquemus, reſtat tantum enodandi id genus ſcripti exemplum tradere, nam ea, quæ ibi dicta ſunt, ad hæc etiam referuntur. Exemplum itaque quod proponitur tale eſt.



Paſſim itaq; ſcriptum oculis percurrenti, quod primũ characteres, qui proximi ſunt initio ᗡ ᗅ ⊥ ʊ proximè finem reponuntur, cenſendum eſt illos dictionem perficere, quare oportunũ erit lineolas in ambarum partiũ terminis, quatenus ſimiles ſunt deſignare, vt ea verba integra ab alijs ſequeſtrentur, ſimulac præcedentibus fines, & ſubſequentibus initia tribuantur, quia verò hæ duæ conſonantes ʊ.ʊ. ex ſuperioribus regulis obſeruatę geminari conſpiciuntur, & nulla ex præcedenti latere vocalis comitatur, credere par eſt, in ijs medijs verborum eſſe confinia, quapropter linea oportebit interſecari. Quia rurſus ſex conſonantes ᗡ ⊥ ᗡ ᗡ ᗡ ⊥

nulla

nulla interposita vocali se inuicem sequuntur, & ex ijs duæ geminatæ sunt, necessario vtrinq; conijcitur inter eas verborum diuisionem fieri, & mediam sectionem inter vtranq; geminatam cadere. Diuisis in hunc modum, quatenus licuit, per peculiares regulas scripti partibus, & lineis interpositis, supereſt proximas regulas ad eius interpretationem iuxta eum modum accommodare, nam quantum ad hunc locum res spectare videbatur præstitimus, de cætero mox ad ea, quæ dicta sunt lectorem remittimus. Aptata igitur sua singulis characteribus potestate, sic arcanum scriptum reserabitur.

PERDITASVNTBONAMINDARVSINT
ERIITVRBSSTRATAHVMIESTESVRI
VNTTOTQVOTSVPERFVEREVIVIPR
ABTEREAQVAEAGEDASVNTCON
SVLITO.

Verùm ne cui superuacaneus hic partes dirimendi *labor* videatur, quod ex superioribus characterum potestatem nancisci liceat, admonendum volo, hac ratione multo melius & facilius, quàm aliter hoc scripti exemplum enodari.

CAPVT. XI.

Quomodo perperam scripti partes liceat deprehendere, & interpretari.

SVCCEDIT tertius obscuri scripti modus, *vbi* præter characteris permutationem, non aliud ad *difficultatem*, quàm male assignata verborum confinia accedunt, vt series eorum, quæ tractata sunt in secundo volumine seruetur, cuius tum deprehendendi, tum interpretandi rationes locus exposcit indicari: verùm de vtroq; pauca dicenda subueniunt, hoc itaq; scripti genus literarum, quæ verba solent inchoare,

inchoare, & terminare, de quibus huius voluminis initio dictum est, indicio prodi satis erit. Interpretando verò modus seruabitur, vt assignati primum fines, ac si non essent negligantur, vnde commodum erit epistolam omissis ijs spacijs continuatam transcribere, atque verba perinde atque in proximo scripto continuata possint interpretari. Quare exemplum afferre aliquod minime videtur oportunum.

CAPVT XII.

Qua ratione scriptum ociosis characteribus inuolutum deprehendatur, & illi ab alijs dignoscantur.

SEQVITVR vt agnoscendi scriptum ociosis characteribus *inuolutum*, & eos characteres dignoscendi, modos *præbeamus*. Indicium itaque primum finalium literarum numerus dabit: nam si plures illæ sint, quàm exiguntur, ociosos prima fronte tot ibi characteres esse argui posset, quot eum numerum excesserint. Sed huic regulæ non satis est fidendum, posset enim numerus non excedere, illis in dictionum finibus adiectis, & posset pluribus superare, quàm verborum terminationes terminarent. Posset ad huiusmodi cõiecturam quoquomodo accedere, si consonantes & vocales mutuum inter se nexum non seruabunt, vt nimium distent, & longius separentur: *Sed hæc difficillima erit obseruatio. Tutior tamen & facilior ratio erit*, vt figurarum discrimina obseruentur, *nam si illæ plures viginti*, vel duabus & viginti conspicientur, numeri excessus hoc scripti genus esse indicabit. Cæterum quibus modis id genus notæ dignoscantur, superest nunc videre. Obseruabitur ergo primum, an aliqui similes characteres, se mutuo sociantes in scripto iterentur, quod fieri solet in verbis communibus, quæ sæpius repetuntur, vti ET, VT, IN, AD, CVM, NAM, QVIA, QVONIAM, & huiusmodi alijs nam si obuiauerint, obseruabitur

an intra eorum numerum aliqui medij inſerantur, quod ſi erit, interiectos proculdubio vti ocioſos & vanos deſignari & excludi oportebit. Poteſt etiam dici, vt hæc adiectio etiam extra numerum ſimilium characterum obſeruetur, vel ante, vel poſt, nam licet interdum deciperet adiectione, & commutatione literarum, quæ fit in verbis analogis, & ethimologicis. Poteſt autem initio adiectione decipere, vt eſt in dictionibus Os & Hos, Ars & Mars. Commutatione vt fit in verbis Dos & Mos, quæ ſimilia ſunt. In fine autem adiectione, vt Esset ad Esse, & commutatione vt Amarem & Amares, quod prouenit ex caſuum inflexione. Potior tamen frequentioris vſus, quàm rarioris habenda eſt ratio: ſiquidem credibilius eſt verba repetita ex illis eſſe, quorum natura eſt, vt crebrius repetantur, cuiuſmodi ſunt, quæ ſupra memorauimus, quàm ex eorũ numero, quę minus crebro ſolent incidere, cuiuſmodi ſunt hæc, quę poſſunt initio & fine adiectione decipere. Quare nec minus hęc obſeruatio poterit vſum pręſtare, nam ſicubi interdum eius cauſa lapſum ſit, ex alijs regulis poterit facilè error emendari. Verùm tutior ratio eſt, vt medijs dictionibus, nam vtrunq; & hoc modo poſſet euenire, vt fieret adiectio cauſa numeri, vt fit in Amarent & ad id, quod eſt Amaret, & aliter in Mons & Frons, ad id, quod eſt Mos & Fons, & commutatio cauſa analogiæ, vt fit in Frondis, & Erontis. Alia ratio eſt, vt vocales obſeruẽtur, hoc verò fiet, ſi qui magis repetuntur characteres dignoſcantur, eos veriſimilius eſt vocales eſſe, quarũ natura eſt, vt frequẽtius ſcriptũ ineant. Ijs in hunc modũ à cęteris diſcretis, ſupererit ex conſonantiũ geminatione ocioſos characteres venari, nã qui geminatas pręcedent conſonantes, cum vocales nõ ſint, proculdubio erit affirmare ocioſos eſſe. Poteſt idem dici de ijs etiam, qui ſequuntur, ſed ratio deciperet in liquidis L & R, quarum notitia ſi elici poterit, nihil erit amplius, quod dubium faciat. Ad hoc etiam conferet,

feret, si obseruatis characteribus, qui magis frequentes obuiabunt, reliqui, qui minimè primum de numero literarum eximentur, nam licet regula possit decipere, vt pro ijs ociosis consonantes minus frequentes tollantur, tum ex aliarum cõsonantium & vocalium notitia, in interpretando facilè per coniecturam error corrigetur.

CAPVT. XIII.

De hoc scripti genere interpretando exemplum.

SED vt hæc facilius intelligantur, adhuc exemplum afferam vt superiorem ordinem sequamur, ne quid ad materiæ obscuritatem luminis deesse videatur. Exemplum erit quod in eodem loco superiori volumine adduximus.



Hîc si characterum terminationes sequimur, decipiemur, quod ex consequentibus regulis, & experimento licebit videre: siquidem vnum tantum ociosum deprehendemus, nã verbum, quod in hac desinat, vix vnquam est in vsu, & huiusmodi vix alterum, aut tertium reperitur, & proinde numerus minime liqueret, quia verò cõsonantium, & vocalium nexũ obseruare perdifficilè est, eã cõiecturã omitto, quare superest

certius argumentum ex numero figurarum deprehēdere, ex his igitur quod *duodetriginta* numerentur, liquido apparet, octo vel decem *ociosas* esse, sed credibilius est octo esse, duarum enim literarum Y & Z rarissimus est vsus: in hunc modum *hoc scripti* genus per coniecturas licet cognoscere. Porro dignoscendi eiusmodi characteres habebitur coniectura primum, quod in sexta dictione, quæ eadem videtur cū ea, quæ est quarta ab vltima post similes hæc figura E, & ante alteram diuersa huiusmodi H. Vnde existimare par est vtramque ociosam esse. Octauo præterea loco characteres sunt aliquot dictioni duodecimæ à prima, & tertiæ ab vltima similes, iuxta quarum primam talis character est initio A prope alteram rursus initio diuersus in hunc modum X, & apud tertiam huiusmodi alius S. Vnde colligi potest eos vanos & superfluos esse, nisi verba eadem non essent, nec idem ethimon, sed dissimilitudine, quæ est cum reliquis, in calce primæ dictionis nihil potest affirmari propter casuum *inflexionem*, quæ variatur. Ex vocalium insuper obseruatione conijcitur in septima dictione, characterem qui sequitur primum & alium, qui penultimus est, quod neuter vocalis esse videatur, ociosos esse, siquidem ambo geminatam sequuntur consonantem, quæ est vocalium natura, alioquin penultima figura potest videri esse liquida, characteres sunt F & I. In quarta etiam dictione, quod proxime geminatam consonantem vtrinq; figuræ apparent, quod vocales non videntur, iudicare planè est, primam, quæ hæc est B superfluam esse, nam altera creditur esse liquida. Ex alijs coniecturis colligi par est, has omnes figuras in toto scripto *ociosas* esse EHAXSFIB. Ijs de medio sublatis, *scriptum* perinde ac si character esset tantum permutatus interpretabitur.

CAP.

CAPVT XIIII.

Quomodo reliquis occultandi dolis huiusmodi scripti sit occurrendum.

VT diximus solent magnatum scribę compendiosum scriptum sic accommodare, vt perpaucæ toto scripto videantur, & verba quemadmodum in vna significatione, sic in alijs eædem figuræ diuersis potestatibus functæ, sibi pariter respondeant, huiusmodi dolis sic erit occurrendum. Si pauci videbuntur vniuerso scripto characteres, eis frequentissimarum consonantium & vocalium potestates ascribantur, quibusuè in scribendo minus carere possumus. Præterea si ambiguus erit sensus, literæ quæ hanc ambiguitatem parere possunt sunt I & E, A & O, B Q, P F, D C, & huiusmodi reliquæ, quas plerunque rarius & crebrius solere syllabis & dictionibus interuenire, superius memorauimus, harum enim altera alterius vice fungi potest, vt infra patebit exemplum. Scriptum sit tale.

Λ ʊ Δ ⅄ Λ ϛ Π ⅄ ⅄ ⅄ ⅄ Λ ϛ ⅄ Λ ⅄



Nos si substitutis characteribus priorum potestas assignabitur, dicet ET QVERIMVS VERMES, at si Λ i, ʊs, ϛ n, Π e, ⅄ t ⅄ c, potestas assignetur, dicet Is QVI NECVT VINCIT, & multum diuersa prodibit oratio, sic & multæ poterunt eisdem characteribus accommodari sententiæ. Poterit autem vera cognosci, vbi nullus literarum incongruus ordo, vel inordinata verborum compositio conspicietur. Multi sunt quoq; doli, vt superius recensuimus, quos omittimus, cum facilius quàm scribi possit ab huius disciplinæ parum exercitatis possint interpretari. Nunc ad alia transeamus.

CAPVT. XV.

De orbiculari simplici scripto, & rationes quibus deprehendi possit.

EXPOSITIS rationibus quibus permutatus character cum reliquis fraudibus, quæ inde possent emanare, quasi cum tota familia tolleretur, proximum est, vt eorum, quæ in secundo volumine tractata sunt, seriem prosequamur, idem in scripto, quod orbiculare dicitur, quia ad Rotam componitur præstare: quapropter quemadmodum superioris generis sunt formæ primum de simplici, vnde & reliqua emanant, dicendum videtur. Sed *scripti* primum quomodo deprehendantur rationes & coniecturæ, oportunum erit iudicare. Primam itaque coniecturam dabit plurium similium characterum se inuicem sequentium concursus, tum principio, tum in fine, tum in medijs dictionibus, quod orthographia non patitur, nam neque à geminatis consonantibus inchoari, nec in easdem geminatas cadere, nec plures duabus medias habere verbum aliquod contingit, porrò trium vocalium initium in verbo tantum VVVLA reperitur. Cæterum inchoari, mediari, & finiri etiam à duabus tantum euenit, alioquin plurium concursum ex rotæ reuolutione, & ex inde potestate permutata prouenire consentaneum est existimare. Huius rei pariter argumentum dabit plurima modo in vno versu figurarum repetitio, modo earundem rarissimus occursus, vt vix interdum ad tertium, vel ad quartum versum semel repetantur. Solet enim ad coniecturam accedere finalium characterum numerus si plures sint, quàm ratio permittat, quę omnia nusquam in alio scripti genere solent euenire.

CAP.

CAPVT. XVI.

Quomodo hoc scripti genus interpretetur.

HVIVSMODI coniecturis scripti genus assecuti, sequitur characterum potestatem aucupemur. Porrò hoc scribendi genus, quia multo difficilius, quàm superius videtur, multo etiam cautiorem, & sagaciorem interpretem exposcit, nihil enim hîc, ex his, quæ vbi obseruari expediebat poterit adiuuare: sed longè aliæ quæruntur rationes, & multum diuersa est via interpretandi. Non enim hîc prius vocales & consonantes ex repetitione proderit discernere, non ex consonantium geminatione comitantium vocalium notitiam confirmare, vel liquidarum sequelam deprehendere, non ex initijs & finibus, & verborum interpositionibus consonantes & vocales dignoscere, non ex frequentia & raritate, non denique ex alio argumento, quod in superiori scripti genere poterat adiuuare, singularem licebit hic characterum notitiam venari, sed alias coniecturas, aliaque argumenta ad id quæri conueniet, nam licet (quod non fit) characterum potestatem semel hoc modo acquiri posset, nec dum tamen res satis esset adiumento in tam crebra muneris permutatione, vt vix vel in longa epistola eadem alias potestas restituatur. Primum ergo diuersorum characterum, qui in epistola sunt, haberi numerum oportet, vt inde quantitatis nostrarum literarum notitia eruatur, nam licet hæc coniectura posset frustrari, quia tamen rarò aliter prouenit, nullo modo est negligenda: quemadmodum enim character vnus plures potestates repræsentat, fit pariter vt totidem characteres, non plures, quàm vnius literæ potestatem obsoluant, eoque modo plurium functionum excessus, quæ modo vni characteri tribuuntur, mox plurium characterum diuersitate, vno tantum fungente munere pensatur, nec repugnat, quod significantes interdum

notæ

notæ significatarum literarum numerum excedant, vel ex aduerso, vtpote si vna figura trium literarum, quæ initio sunt, potestatem habeat, quemadmodum fieret in DEFICIO, & mox earum quælibet DEF vnius, vel duorum tantum characterum figuris signaretur, & aliter vt si vnus character duas habeat potestates, vt esset in primis literis verbi DEBEO, quarum quælibet tribus characteribus notaretur, siquidem in alterutris numerus diminutus, alias in alijs characteribus adimpletur. Vnde est colligere, sic ferè semper euenire, vt mutua pensatione nostrarum literarum numerus characterum quantitati respondeat. Ad hoc itaq; scripti genus, vnus primum modus afferri potest, cuius tamen nixu, tota interpretandi ratio substentatur. Initio igitur partes quæri, & seligi oportet, quas peculiari aliqua re magis conueniat notari, vtpote si vel plures ibi characteres vna similes tum initio vel fine verborum, tum in ipsis medijs concurrant, vel terminent præcedentia, & inchoent proxima, vel certè tertio, aut quarto loco, aut aliter, modo non nimium distent, aut in alias dictiones transeant repetantur, nam sic difficilior esset verbi coniectura, super quo tota interpretandi moles innitetur, vnde si initio peccatur, in toto etiam progressu errorem sequi necesse est, vt vix vllo pacto ab eo inde liceat extricari, quare verbum ad hoc facilitate aptum quærendum est, in quo inueniendo tanto cautionem, & sagaciorem esse conuenit, quanto si in eo peccatur maior inde labor potest prouenire. Eiusmodi erit, si iuxta alphabeti seriem tot statim proximæ literæ succedant, simile seruabitur in spacijs, vt si similes distabunt, mediarum literarum numerus consideretur, & verbum quæratur, in quo literæ sint, quæ pari ordinis interuallo in alphabeto disponantur: ac similes in scripto procedunt, & tot ibi mediæ numerẽtur, quot hic dissimiles videbuntur, ea, quo pluribus constabunt literis, eo maiorem vtilitatem importabunt: nam prima fronte plurium

inde

inde similium poterit haberi notitia. Verùm eiusmodi si plura fuerint, poterit ex consequentibus indicari, quod ex illis potissimum scriptum sit, hoc characterum ordo & numerus præstabunt. Sed vt res clarior fiat, de singulis subijciam exempla. Primum itaq; plurium similium initio occursus erit, vt fiet in tribus literis verborum DEFICIO, & STVDIVM, nam vtrobiq; literæ iuxta alphabeti ordinem se statim sequuntur, verum ne interutrumq; ambiguitas sit, numerus & ordo similium controuersiam dirimet, intra ipsas verò dictiones vt ONOPHRIVS, & FASTVS, in fine vt DAMNO, & PASTV, distabunt verò similes vt fieret in dictione LENO, & in verbo AVIDVS, ibi enim primum L tantum distat ab N, & rursus N ab O ordinis elementorum ratione, quantum similes inter se distarent, & hic tantum interest inter A & D, quantum inter similes in dictione LENO, vna E media collocatur, & rursus in dictione AVIDVS, duæ literæ V & I, inter easdem conspicientur. De similibus, quæ verba præcedentia terminent, & proxima inchoent figuris, exemplum erit in verbis ARS TVA, vbi quod quatuor literæ, quæ primam A sequuntur, alphabeti ordine sibi mutuo succedunt, in tali scripto similibus illæ characteribus notabuntur. Hæc sunt, quæ pro totius interpretationis fundamento primum constitui oportet, vt super eo tota interpretandi moles construatur. Initio itaq;, siue quæ assimilantur figuræ simul concurrant, siue intermissis spacijs distent, cognito ex his, quæ dicta sunt, vno, aut altero verbo sua singulis characteribus literarum potestas supernotabitur, & quoties mox illi characteres rursus obuiauerint, obseruabitur, tum superiorum notitia alphabeti series, quasi ducto filo ex ea litera sumpto initio, eousq; protrahetur, quousq; alia similis reperta sit quæq; litera in illam cadet, eius illi potestas assignabitur, eo tamen vsq; alphabeti processus progredietur, donec ad nouissimum ele-

mentum peruentum sit, tum in numerando rursus à primo initium fiet, & idem postmodum ordo seruabitur, sed si diminutus vsualium literarum numerus fuerit, earum potior habebitur ratio, quas credibilius erit potuisse prætermitti, & ex aduerso vtpote quibus vel magis vel minus carere possumus: quæq; frequentiores, & rariores esse soleant. In hoc tamen scripto nos X, magis quàm Z duximus relinquendum, idē mox per totum scriptum seruabitur, eadem etiam cura & diligētia in cognitis alijs eiusdem dictionum figuris erit procedendum: & sua singulis similibus potestas in hunc modum assignabitur, quod si à tergo aliæ figuræ similes relictæ sint, cum ad eius ordinis postremam ventum erit, discisso ibi literarum filo, eo redditus fiet, vnde antea factus est progressus, & exinde facto rursus initio ab ea litera cōuerso tramite procedetur, donec ad nouissimam similem veniatur, eiusmodi totum scriptum erit videre, vt præter prima verba, quorum possit integra haberi notitia, alioquin vno, aut altero charactere incognito, quod ex casuum inflexione proueniret, aliorum nonnulli tantum characteres superposita potestate signentur, illo in hunc modum parato, eodē penè ordine procedetur, vt a faciliori interpretandi ratione denuo progressus fiet. Verbum itaq; eligetur, in quo plures characteres conspicui facti sint, & ex cognita notarum potestate, & syllabarum nexu, reliquis solerti iudicij existimatione sua munera tribuentur, vt verbum stet, quod esse verisimilius sit, quàm quoduis aliud. Hoc effecto eadem cura in reliquo erit procedendum, nempe vt ad similes semper eodem nostrarum literarum tramite ductus fiat, idq; peragendum, donec totum, quod erit clausum referetur. Ad hæc alia ratio accedit, quia raro euenit in scripto, præsertim paulo diffusiori, vt non idem verbum repetatur, obseruetur an aliquod huiusmodi cognitum sit, vel integrum, vel ex parte, hoc autem primum sciri poterit ex similium coniectura, vtpote si totidem in illa dictio-

dictione similes, & idem interuallum, mox recto verborum nexu confirmari. Verùm prætermissum nolo, hæc, quę dicta sunt non ad aliam, quàm ad simplicem Rotę compositionem pertinere. Circa hæc in tali genere scripti erit interpreti diligenter attendendum, & non parum accuratè elaborandum, nam si aut initio aut in progressu calculum deuiauerit, necesse est errorem sequi, perinde ac si labirinthum ingressus, fili ductum, quo regredi possit, vnde factus est aditus amiserit, ita vt quo vlterius procedet, eo perplexioribus vijs implicetur, vt desperare proprius sit, quàm tot circumflexos aliquo modo posse nodos explicare.

CAPVT. XVII.

De simplici orbiculari scripto interpretando exemplum.

SED vt clarius, quæ de hoc genere scripti dicta sunt, agnoscantur, ac simul vt ordinē hactenus seruatum prosequamur, exemplum subijciam. Illud igitur tale sit.



Primum itaq;, vt quæ in obſeruationibus dicta ſunt, ſuo ordine experiamur, viginti diuerſos in epiſtola characteres agnoſcimus, vnde conijcimus è numero noſtrarum literarum aut X, aut Z fuiſſe ſublatum. Initio igitur quia tertium verbum cęteris inſignius occurrit, in quo tres primum ſimiles ſatim ſequuntur figuræ, & mox quarta duobus interiectis ſpacijs illud videtur eligendum. Si per coniecturas verbum quęrendum eſt, quod ad hos characteres, ſeruata trium literarum analogia, quæ ſeſe ſtatim initio ſequuntur, & mox alterius, quæ tertio ab vltima earum loco ponitur, accommodari poſſit, non aliud illis notatum videbitur, quam DEFICIVNT, DEFICIANT, vel DEFICIENT, & STVDEBVNT, vel STVDEBANT, literarum numero characteribus non repugnante, ex quibus alterutrum verum deprehenſuri, ex conſequentibus primum verbũ ſcriptum agnoſcimus, in altero enim non ſequitur literarum nexus, quod vt palam fiat non grauabor indicare: nam ſi à quarta illius litera D, retrogradus literarum ordo ad aliam ſimilem producatur, quæ eſt in fine verbi Z, vel X poteſtas in illam cadet, ſed ex prima clarius patet error, quàm vt demonſtrari opus ſit, ſiquidem nulla dictio eſt, quæ ea litera terminetur, de altera verò dici poteſt, etiamnum in calculis erratum eſſe, nam verba, quæ in eam literam cadant, rariſſima ſunt, & ea proinde pariſſimi vſus, vnde credibilius eſt alterum verbum eſſe, quàm illud, cuius indicio ducti in rem rariſſimam incidimus. Supereſt in eo verbo tertius character ab vltimo, V ne ſit, an A poteſtatem habeat videre, quod ex figura licet agnoſcere, ſiquidem ductus ad ſimiles proximas, quæ initio ſextę dictionis ſunt, illegitimum literarum nexum, vt L, M, N, ſibi ſtatim ſuccedant, vt verbum ſequi non poſſet. Idem dicendum erit, ſi ea litera, de qua ambigitur E futura ſit, vt DEFICIENT verbum ſit. Siquidem P Q R ſeſe ſtatim ſequuntur, quod ſyllabarum nexus non patitur: ex his ergo

conie-

coniecturis licet citrà controuersiam concludere, non aliud ibi verbum notari, quàm DEFICIVNT. Cognitis in hunc modum pluribus characterum formis, restabit quasi iactis fundamẽtis omnem interpretandi ædificationem superstruere, hic igitur modus seruabitur. Initio quia primis figuris huiusmodi per totum scriptum aliæ duæ similes occurrunt, quarum altera secunda primæ dictionis est, altera prima penultimæ, vnde diuerso tramite ad eas procedendum est, ad vnam ipsius perduci primum, deinde ad alteram progredi oportet, vt ante ad dextram, mox ad sinistram tam scripti, quam literarum ordinem flectamus, ab ea itaq; figura, quæ quarta est ab vltima cogniti verbi, literarum alphabeti ordo ad similem ducatur, quæ est in penultima, ab ea litera sumpto initio, quæ fuerit assignata, M potestas in eam cadet, quare illa supernotabitur, hoc cognoto charactere eodem facto redditus, vnde ante digressio facta est, & iterum facto initio ab assignata literæ potestate (quia ad alteram conuersus alphabeti ordo perductus, illam O habere potestatem indicat) ea supernotabitur. Succedit his proxime character, cui I potestas tradita est, ad primam sibi similem, quæ dictionem, quæ præcedit proximam terminat, ducto filo alphabeti ordine retrogrado, cuius E potestatem indicabit, & pari ratione seruata, mox alia huic similis quæ nouissimæ primæ dictionis adhæret, V sibi potestatem vendicabit. Eundem ordinem sequuti, quintum characterem dictionis, quæ decima collocatur, quod illi assimilatur, cui C potestas assignatur R, & mox quartum penultimæ I esse deprehendimus. Eadem ratione tres figuras, quæ sextæ dictionis initio ponuntur H I L, & quæ nono loco vltimę sunt D E, & quæ tertio ab vltimo totidem R & T, & quæ demum penultimi ordinis nouissima est, E fungi munere videbimus. Quæ figura quia superius, & multarum proinde literarum notitiam parit, eam fœcundam ex merito nuncupamus in eum

medium per penultimam eius verbi figuram, similium, quę sequuntur poterit officium agnosci, vt primam quintæ dictionis à postrema T, mox aliam quartæ E vim habere cognoscemus, vltima quia nullius nobis notitiam detegit, quod illi similis nulla sit, à nobis sterilis appellatur. Explorata in hunc modum multarum literarum potestate aliarum dictionum cogniti aliquot characteres conspicientur, aliorum verò non. Post hæc igitur priorem ordinem æmulabimur, vt eam dictionem eligamus, cui plures nobis figuræ conspicuæ factæ sint, vt inde faciliorem verbi coniecturam assequamur: eiusmodi verbum erit, quod sexto loco ponitur, cuius trium, qui initio sunt characterum notitia habetur, si coniecturam sequimur nullum aliud verbum ad eius literas, quàm vnum, cuius ethymon ab hilaritate prouenit, seruato literarum numero accommodari posse conspicientur. Verùm casuum inflexio circa penultimam literam ambiguitatem faciet, quæ ex quinque vocalibus potissimum debet conseri, quod ex consequentibus licebit deprehendi. Primo A non esse arguimus, quod in duas, quæ quartam ibi dictionem absoluunt, L M potestas caderet, quod est absurdum. Idem de E & O dicitur, siquidem inde eadem P Q, vel B C esse sequeretur. Ex his supereset tantum de V, & I dubitare, quia satis non videtur constare: Siquidem quod vtrinque proueniret, stare potest, vel verbum esse H I, vel T V. Sed hoc nihil obstabit, quo minus ad reliqua transitus fiat, nam eius figuræ raritas, quæ ambiguitatem parit, minus in reliquum impediet. Initium ergo progressus à nona figura, quæ tergeminam sequitur, & A retinet potestatem, fiet, ex ea primum colligo superiori ratione seruata, illi similem, quæ initio statim sequentis verbi collocatur E vim habere, mox alias duas proximæ dictionis I & M, & deinde mediam vltimæ V. Idem præstabit & alia figura, cui R munus

nus assignatur, eius enim beneficio, primum decimi ordinis, quartam O, deinde vltimam proximæ T, postmodum conuerso ordine præcedentis vltimam M, & secundæ dictionis tertiam & quartam O P, & vltimam primi verbi, & eam quæ tertia est ab illa M & L cognoscimus habere potestatem. Restat tantum vltima, nam quæ præcedimus in ambiguo relinquimus. Eius itaque indicio tertiam dictionis, quæ quinta est ab vltima M, & vltimæ primam I, demum quintæ dictionis tertiam retrogrado ordine rursus I esse deprehendimus. Hactenus duarum dictionum beneficio multorum characterum notitiam habemus, proximum est huic ad alium verbum venire, quod vt integrum cognoscatur, vnius tantum literæ, quæ media est, potestas desideratur, eam ex coniectura supplere licebit, non enim alia, quàm A potest restitui, vt verbum integrum sit I A M. Noua huius characteris notitia quatuor similium munera detegimus, primum enim nouissimum O, mox duorum, quæ à tergo sunt S & T, & quintæ dictionis primum E vim habere comprehendimus. Hinc digressis proximum nobis videtur ad dictionem, quæ tergo inhæret, deuenire, cuius ad integram notitiam vnius tantum literæ defit potestas, quæ nouissima est, illi non aliam, quàm O potest suppleri, vt E S T O verbum sit, huius figuræ beneficio C tantum literæ notitiam colligimus, quæ secundi verbi initio collocatur. Instant præterea duæ dictiones, in quarum vtraq; vna tantum litera supereſt, vt cognoscatur. Sed quoniam hæc, quæ dicta sunt, satis esse videntur vt reliquum interpretetur, & imponendus finis esset, nisi ambiguitas trium characterum restaret, proinde ne quid desit ijs, quæ dicta sunt, proprius videtur verbum capere, cuius indicio illorũ notitia haberi possit, illud erit, quod quinto loco ponitur, integro enim verbo cognito ex structura

facilè

facilè erit cognoscere, vtrum eorum potius iudicandum sit, hactenus enim vtrumque stare posset, vt HI pronomen ad præcedens verbum referatur, & TV ad illud, quod est ab eo quarto loco positum, ea itaque litera, quæ verbo illi desit, quia non aliam vim, quàm N habere videri potest, vt ENIM aduerbium sit: tollitur ambiguitas ex eius literæ, quæ quintam sequitur in sexta dictione, & duarum, quæ dictionem absoluunt, vt ibi HILARIS nomen sit, hic verò pronomen TV. In hunc modum maiori scripti parte explicata, restat finem imponere, in reliquum enim idem modus seruabitur, res enim satis perspicua est, vt vel à quouis possit intelligi.

CAPVT. XVIII.

Quomodo continuati orbicularis scripti partes discernantur.

SEQVITVR vt de huius generis continuato scripto quêadmodum partes secernantur nonnihil afferamus, nam coniecturas tradere quibus illud cognoscatur non opus est, satis enim ipse oculorum sensus, vt superius in simili forma scripti dictum est, poterit indubitatum argumentum dare. In hoc, ad ea, quæ ibi dicta sunt, lectorem remittere satis commodum videri posset, nisi propria nonnulla, quæ ad hanc rem spectant prætermittere non videretur oportunum, hoc itaque primum admonebo, vt queadmodum ibi factum est, pari ordine procedatur, nempe vt similes inter se partes obseruentur, habita tamen analogiæ ratione in permutatis characteribus, quibus idem videbitur significari. Hoc etiam similium figurarum, quę sese statim sequantur obseruatio præstabit, præsertim si plures

duabus

duabus illæ sint, siquidem discretio aut ante primam cadet, aut post illam, aut post alteram, aut post tertiam, parcissimè aliter euenit. Idem etiam, si non plures duabus illæ sint dici poterit, vnde arguetur, aut inter eas partium esse discrimen, aut in prima verbi initium esse, aut illud in nouissimam cadere. Si verò plures tribus sint, primum mediam verborum discretionem fieri necessario colligetur, mox præcedentem primam verbum terminare erit magis consentaneum. Eiusmodi coniecturas aliter tractari non licet, nam recte diffiniri nullo modo possunt, proderunt tamen, licet luminis omnino claritatem secum non afferant, illam certè postmodum eorum beneficio nanciscemur. Siquidem cum ad experimentum ventum sit, si error admissus erit, nexus literarum cum stare non possit erit indicio. Verùm nolo prætermissum, sicubi in paucioribus dubitabitur, de quibus statim diffiniri non possit, vt minori cum labore veritas eruatur, ad regulas semper, quæ magis catholicæ videbuntur, vt parcius fallant debere recurri.

CAPVT XIX.

De continuato orbiculari scripto interpretando exemplum.

NVNC autem quomodo orbiculare continuatum scriptum interpretetur, exemplum tradere videtur oportunum, difficillimis enim in rebus nulli aut labori, aut diligentiæ parcere semper consentaneum existimaui. Exemplum sit tale.



Primo tres ſibi ſimiles, qui videntur characteres etiam paulo poſt ſequentibus verbis implicari, coniecturam nobis replicatæ dictionis indubitatè præſtabit. Primę ergo initium ex ſcripti initio, finis verò poſt characterē, qui ſimiles illas ſequitur erit, vt ſit penultimus ter replicatus, idq; ex ſequenti diuerſo characterū ordine comijcimus, erunt ſeptem literis dictiones, lineis ergo intercidimus, vt ab alijs ſeparemus. Præterea, quæ ſecundam hanc ſequitur dictionē ex illius primo & ſecundo duplicato charactere, etiam paulo poſt ſequenti *dictioni* characterum analogiam congruere videtur, *initium igitur* ex inuentæ iam dictionis fine, finis verò ex ſecunda dictione, cum duæ ſimiles ſequantur, lineolis ab alijs ſex illas literas ſequeſtramus. Tandem duæ ſimiles, cum diſſimili præcedent & etiam ſequenti, ter quater ſcripto replicari videntur, coniecturis quas ſæpe diximus, ab alijs eligemus, ſic aliquibus iam cognitis

cognitis facile scriptum totum interpretabitur.

CAPVT XX.

Duos esse modos orbicularis compositionis, quæ pluribus, quàm alphabeti numerus exposcit characteribus implicatur, tum primus quomodo deprehendatur, & interpretetur.

HIS, quæ dicta sunt, succedit auctior characterum numerus, quàm alphabetum habet, vt id etiam ad obscuritatem conueniat. Eius generis duæ formæ sunt, vt proximo volumine dictum est, altera enim est, cui id genus characteres à Rotæ dispositione accommodantur, altera in quam aliunde asportantur, vnde initio discrimen interutranque ex eorum effectu colligere est, quod prima, & si paucioribus figuris, quàm antea implicatur, nulla tamen earum munere vacabit, nec verbum aliquod pluribus, quàm exposcat ratio notabitur. Sed earum figurarum excessus rariori repetitione pensabitur: verùm si aliquo modo illas ociosas licet appellare, non alia ratione sic dicentur, quàm ex numero, quòd plures in Rota sint, quàm vsus exposcat, licet immeritò sic appellandæ sint, cum id nominis in aliam alterius generis potius cadat, quæ desides sunt, vnde falli non decet dicere eos, qui aliter sentiunt, qui id genus figuras primi modi ociosas, & vacuas appellarint. Sed de nomine satis. Primum igitur de prima specie, quemadmodum illa deprehendatur, mox vt interpretetur coniecturas afferemus. Figurarum ergo numerus si legitimum excesserit, hunc modum satis explorabit, quot enim vicenarium numerum transilierint, vel binarium & vicenarium vt summum, tot ibi superfluos esse colligetur. Verùm vt alterum genus ab altero internoscatur, hoc obseruatio similium partium præstabit, nam analogia in spacijs seruabitur, vt quatenus

possit obseruari, interualli similitudo sit, huius formæ scriptum esse deprehendetur. Posset idem etiam de numero characterum dici, nisi interdum casuum inflexio deciperet, non oberit tamen experiri an illo etiam hoc agnosci possit, nam si casuum inflexione numerus variabitur, id ex cõsequentibus deprehendi poterit. Deprehensa scripti forma ad interpretationem superiorum regularum vsus accesserit, perinde etiam est triginta vel quadraginta characteribus notari, ac si nõ pluribus, quàm oportunis scriptum esset, sic eadem seruatur characterum analogia: Id tamen interutrunq; modum erit discriminis vt quod supra vigenarium numerũ characteres excreuerint, tot retrogrado ordine distabit ab eo vera characteris potestas, in quo vti diximus debita ceciderit literæ potestas, idque in dictionibus paulo distantibus in proximis autem idem erit vsus, quem ante memorauimus. Sed hoc huius exempli experimento clarius liquebit.



Ex

Ex duodetreginta characteribus, qui dato scripto videntur, octo conijcimus esse desides. Prima dictio vti diximus HOSTIVM dicit, T character in tertia ab hac dictione M dabit potestatem, si hinc octo literas in nostro alphabeto ante præterimus C dabit, quæ vera erit characteris potestas. Vltimus character primæ dictionis M, in secundo verbo sine literarum prætermissione ex proximitate O & P dabit. Res quia per se clara est, longioribus indulsimus verbis. Posset tamen ne fraus detegeretur numerus non excedere, vt eædem figuræ, quarum est vsus alias vacarent, sed hoc in vtriusque scribentis & amici damnum verti posset, vt ne ille quidem, si nauus data opera non esset intelligeret, quod scriptum sit, quare qui hoc scripti genere vtuntur, ne committant, vt quod vtriusq; plurimi interest, amicus non intelligat hunc astum prætermittunt.

CAPVT. XXI.

Quomodo aliter orbicularis compositionis modus ociosis characteribus inuolutus deprehendatur & interpretetur.

RESTAT huic affinis alter modus, in quo superfluus literarum numerus ociosus est, quod nullo literarum munere fungitur, sed dictionibus interpositus literarum & syllabarum nexum conturbat, quarè de illo, quemadmodum eiusmodi figurarum numerus cognoscatur verba faciemus, mox quinam illi sint, videbimus. Primum itaque eius rei characterum numerus coniecturam dabit, nam quot legitimo numero supercreuerint, tot ibi superfluos esse arguetur: Hactenus poterit genus tãtum deprehendi: verùm superest videre quid sit, quod hanc à superiori specie discriminet. Hoc similum partium obseruatio indicabit, si aliqua

illarum analogiam in interuallis non seruauerit, præstabit tamen in ea accurata vti diligentia, ne aliud verbum in eius locum sumatur, & similitudo decipiat, vel alius inflexionis casus sit, vnde posset prouenire analogię similium discrimen. Proderit ad hoc etiam duarum vel trium figurarum similium, sicubi fuerint, quæ sibi statim, & aliarum postmodum, quæ spacijs relictis succedant nexum expendere, ex priorum enim similium concursu, quæ in verbi initio fit, & aliarum sequela in eodem verbo spacijs intermissis, siue plures duabus primæ sint, siue plures adhibito accurati iudicij examine deprehendi poterit, vt ille sequi & stare possit. Alibi enim vno tanto intermisso spacio, vel duobus poterit similis succedere, alibi verò fortasse non, quòd in primis & nouissimis verborum characteribus facilius agnoscetur. *Sic & de pluribus, quod rem ipsam expendenti palam fiet, sicubi igitur vel quia spacia plura, vel quia pauciora sint, non videbitur recte scriptum succedere, ocioſos ibi characteres citra ambiguum interiectos esse colligetur. Sed huius rei difficilior est obseruatio, nam rarissimè euenit, vt quot vis relictis spacijs alicuius verbi nexus sequi non posset, & supponetur certæ dictionis vel eorum characterum certa cognitio. Eius rei regulas tradere nimis laboriosum videtur, nam verba non pauciora magno oporteret volumine colligere, atqui hæc ipsa poterunt melius vrgente casu acri interpretis iudicio decerni, quàm ante illum diffiniri, & satis explicari, hæc quibus in verbis huiusmodi characteres reponantur indicabunt.* Cæterum vt illi dignosci possint, supereſt videre. *Primus* ergo modus hic seruabitur, vt si quod verbum ex *similium* analogia cognouerimus, in quo characterem vnum vel plures desides videamur deprehendisse, & alibi verbum sit, quod nouissimo loco similem illis habeat figuram, ex ijs, quæ suspicionem habebunt singulis alphabeti series ad eam vsque perducatur, quod si in illam potestas cadet, quæ verbum

bum non possit terminare, cuiusmodi sunt B, F, G, H, P, Q, Z, eam, vt dictum est absque dubio vti frustratoriam a scripto repellemus. Hoc etiam liquebit si idem alphabeti ordo ad alias duas, pluresque similes initio verbi positas extendatur, in quas literarum potestas inciderit, quarum nexus statim sequi non possit, vt puta B C, F G, P Q R, & similes. Hoc tamen fiet, si non alius præter eorum numerum, quem deprehendimus postea medius interponatur, nam sic facile fieret, vt etiam interiectis huiusmodi characteribus in illis nexus sequeretur, veluti si nullus eiusmodi character esset interpositus, licet hoc ex illis solum posset prouenire, hoc eorum numero reddente, inde colligi licebit, hunc etiam characterum numerum, qui intra illud spacium includuntur, habita tamen interualli ratione, intra maius enim spacium plures figuras interiectas esse proprius erit credere, vt si duarum similium figurarum occursus in proximo verbo ea ratione P & Q potestatem susciperet, quæ verbi initio stare nullo modo possint, quia duæ, quæ præcedunt, proxime N & O connectuntur, de illis primum sit iudicium. Quare ad interualli primum distantiam earum numerus extimabitur. Quod si etiamnum de earum numero dubitetur, aliarum similium sequela poterit ambiguitatem tollere, vnde partes ad hoc opportunas præstabit elegisse, in quibus propter similium analogiam non difficile sit verba interpretari.

CAPVT XXII.

Proximi scripti interpretandi exemplum.

POTVISSEM exemplum prætermittere, vt hic modus ad superiorum formam deberet accommodari, ne totius illud inculcarem, quod minus videri potuisset necessariũ, nisi illud rei difficultas quæsiuisset, illud tamen hoc erit.

Ex



Ex characterum itaque diuerſorum numero, quiſeptem & viginti recenſetur, ſeptem prima fronte ſolum huiuſmodi interiectos eſſe ſcriptum indicat. Deprehendendi verò illos modus primus erit, quòd ex ſimilium, & aliorum analogia, quam cum prima dictione parem ſexta retinet, idem verbum vtrobiq; poſitum conijcitur, ſiquidem tres primæ figuræ, quæ præcedunt in vtraq; parte diſſimiles ſunt, & mox quę ſequuntur ſimiles, vnum verò analogiæ diſcrimen eſt, quod figura, quæ inter eas eſt, vtrobique inſeritur, in primo verbo poſt primam ſimilem collocatur, quæ hæc eſt I, in altera ante tertiam V, vnde illas conſentaneum eſt ocioſas eſſe, & dictiones perturbare, & proinde ex toto ſcripto repelli debere, & in margilani loco ſeruari, donec ex illis, quæ conſequuntur, certo licebit agnoſci deſides illas fuiſſe. Idem obſer-

obſeruatur in alijs tribus partibus, quarta decima, & vndeuigeſima, vbi omnes ex tribus conſtare literis videntur, & eandem analogiæ habere rationem, dolum tamen eſſe in duabus vltimis, quod in decima ante ſimiles talis figura S ponitur, in vltima verò inter eas alia conſpicitur H, vnde par eſt credere in illis dolum latere, quominus idem verbum ter repetitum eſſe videatur, quare oportunum erit, illas, vt antea factum eſt excludere. Eadem ratione arguetur verbum octauo loco poſitum, cum eo, quod quintodecimo collocatur idem eſſe, quod non alia re vtrumque differre videatur, quàm horum *characterum* interpellatione A C, quare cum illis paria fieri conueniet, reſtaret ſi ſeptem ſint huiuſmodi *characteres vnum* tantum agnoſcere, cuius notitiam, ſi per *analogiam* venari non poſſumus tentari proximum erit, an *illum* interuallo cognitarum partium poſſimus deprehendere. Si per coniecturas igitur verbum licebit eligere, quod analogia aſſentiente (de quibus facta eſt mentio) primæ & ſextæ pari poſſit accommodari, QVESTVS vtrobique ſcriptum eſſe par erit affirmare, vnde quod nouiſſima prima verbi figura eadem eſt cum prima ſextæ dictionis ſi ducta alphabeti ſerie ad eam ſimilem poteſtas protrahetur R in illam, non Q poteſtas incidet, quæ litera, quia præcedit proxime in alphabeto eam, quæ prima eſt in verbo QVESTVS, colligi inde poterit eam, quæ ſupereſt vt cognoſcatur, intra illud ſpacium mediam collocari, eamque pari ratione par erit exiſtimare eſſe, quæ in tertia dictione primam figuram ſequitur D R. Sublatis in hunc modum ocioſis characteribus, qui ſcripti interpretationem impediebant, cætera ad ſuperiorum regularum per ſcriptum diſſoluentur.

FINIS LIBRI TERTII.

IOAN. BAPTISTÆ PORTÆ NEAPOLITANI DE FVRTIVIS LITERARVM NOTIS.

LIBER QVARTVS.

PROEMIVM.

BENE habet, difficillimam operis partem absoluimus, & obscuras tum deprehendendi, tum interpretãdi notas videmur modos satis tradidisse: nunc id solum videtur restare, vt labor minor sit illis, qui in hac disciplina nondum satis profecerunt, nempe tabularum vsum & canones exponere. Quod vbi peractum erit, nil relinquitur amplius, quo minus huius operis titulo planè satisfeciſſe videamur, si priores libri satis probe suo officio functi sunt, & beneuolos lectorum animos hactenus promeruerunt. Harum tabularum vsus ad interpretandum non parum affert adiumenti, siquidem dictiones, in quibus vocalium & consonantium variatur positio quæsiuimus: Vnde non modo in simplici characterum permutatione inueniendi verba, quæ ad scriptum accommodentur, verùm etiam in Rotæ reuolutione habendæ similium analogiæ, vt quærendis in verbis difficultas adimatur: Quorum non facilè alioquin subesset recordatio. Vbi præstare conati sumus, vt pauca huiusmodi verba videantur prætermissa, & ea, quorum meminimus recto essent ordine dispositа: Neque enim diffiteor aliqua potuisse prætermitti, quæ memoriæ non obuenerant: sed neq; in omnium recordatione fuit mihi admodum elaborandũ, id nanq; nimis molestum fuisset, alioquin parum necessariũ, cui rei deesse noluimus, ne quid lectori relictum videretur, quod ad præsentis operis vtilitatem & facilitatẽ spectare potuisset.

Ratio

Ratio vsus tabularum simplicis permutationis.

DICTVM est suo loco in interpretando vtile esse verba primum seligere, quæ ex paucioribus literis constarent, quod illa inter rara numerentur: cuiusmodi sunt, quę nō pluribus, quàm quatuor literis conflantur, paucioribus tamē vel vna absoluuntur, vt interptetandi initium à facilioribus sumeretur, nā & verba prosequi, quæ plures habent literas, & mihi multo prolixius, & molestius fuisset, & interpreti fortasse parum vtile in iudicando. Difficile enim admodum fuisset ex multiplici verborum numero proprium verbū accommodari, quod si quis ex similium occasione hoc existimet necessariū, poterit ad harum exemplū suas tabulas conficere, nā si in proximis mox tabulis eiusmodi verba recensebimus, hoc præstabitur similiū analogię causa, alioquin labor prope immensus futurus fuisset dictiones omnes annumerare, & proinde oportunius lectorē ad dictionarium remittere. Primum itaq; à singularitatis numero inchoabimus, mox ad pluralitatē ordine procedetur. Harum tabularum vsus & dictionū occursus non minus proderit literarum aliquot potestatē ignoranti, quàm eas cognoscenti: non diffiteor tamē consonantiū à vocalibus paratā habere discretionem, & priorem aliquā literarum notitiam præstare, nā hoc modo in paucioribus esset ambiguitas, & proinde minus oporteret vagari, & consequētium opinio præsentium notitia magis firmaretur, vt certius iudiciū videri posset. Earum igitur vsus duplex erit modus, alter quem sectabitur, qui consonantiū & vocalium cognitionē distinxerit, vel aliquā verbi figuram cognouerit, alter, quē sectabitur, qui nullā harū qualemcunq; notitiā haberet, sed à facilitate cōuenit inchoari. Si à cōsonantibus igitur vocales discretæ sint, & restet solā distinctā singulis characteribus potestatē assignare, verba ea quęrētur, quę seruata locorū analogia vocales & consonātes retineant, vt si in verbo quatuor literarum prima & quarta figura consonātes sint, & duę medię vocales,

cales, dictio esse possit DEVS, in qua consonantes & vocales secundum eandem analogiam concurrunt. In hac tamẽ proportione non ita facilè potest verbi certitudo diffiniri, quòd eiusmodi plures possint consonantes & vocales variari, quemadmodum in tabulis videbitur: Quare in simili analogia, vt minus laboris sit, aliquot characterum singularem paratã habere notitiam oporteret, nam quo rarior, aut frequentior ea locorum proportio erit, per quæ vocales & consonantes disponantur, eo certior, vel incertior erit quęsiti verbi coniectura, vnde si vocalium, & consonantium positio satis erit, vt eiusmodi analogia & ratio in vno tantum verbo reperiatur, dubitandi omnis occasio tolletur, cum eius rationis proprietas vni tãtum verbo conueniat, huiusmodi erit, si in dictione quatuor literarum prima vocalis sit, quia in eum modum vna tantũ dictio reperitur VRBS, dubitatio vlterius nõ procedet, quoties itaq; eiusmodi verbũ in scripto occurret, prẹstabit illud eligi, ex quo certior consonantium & vocalium etiam primo intuitu cognitio haberi possit. Quod si nulla vocalium & consonantium discretio procedet, poterit nihilominus fieri coniectura, licet sic illæ disponantur, vt in eum modum plura verba sint, & proinde minor fuisset futura certitudo, hoc fiet ex similium cõiectura, veluti si in quatuor vnius dictionis literis prima & quarta eædem figuræ sint, rursus secunda & tertia similes, vt prouenit in ESSE, ECCE, SVVS, & huiusmodi alijs dictionibus, quæ insigniores, & quarum numerus quinariũ vel senarium non excederet, tum enim ad dirimendam earũ controuersiam frequentium, & minus frequentium literarũ ratio vsum suppeditabit. Nos in his tabulis latini, & vulgati sermonis itali dictiones tantum reposuimus, nam idẽ in cęteris linguis præstare & prolixitate nimis molestum fuisset, & parum necessarium: quod si occasio postulauerit, vt idem fiat in hispano, vel gallico alioùe sermone ad horũ exẽplar quiuis eius idiomatis verba poterit inuenire, eaq; in tabulis disponere.

TABV-

TABVLA PRIMA.

Ex Solis Vocalibvs Constitvta

à è i ò

ex consonantbus non reperitur.

TABVLA SECVNDA.

Ex Dvabvs Literis Constitvta

Transpositio prima
prima & secunda vocalis.

ea	ij
ei	„io
eo	

Transpositio secũda ex consonãtibus nõ reperit.

Transpositio tertia.
Prima vocalis, secunda consonans.

		id	oh	vt
ab	en	„il	os	
ac	es	in		
ad	et	is		
ah	ex	it		
„al				
an				
at				

Transpositio quarta
prima consonan, secunda vocalis.

dà	de	„li	do	„fui
„fa	„fe	ni	„lo	tu
„la	„le	si	„so	
„ma	me			
„sa	ne			
	re			
	se			
	te			

TABVLA TERTIA.

EX TRIBVS LITERIS CONSTITVTA

Transpositio prima
triium vocalium

aio	eia	„iua	oua	„vai
aue	coo	iui	„oue	via
aui	eua		ouo	vic
auo	eue			„voi
				vua
				vue

Trans. sec. ex trib. cõs. no rep.
Transpositio tertia
Prima & sec. voc. tertia cons.

ais	eam	iam	vah
ait	eas	ijs	vim
aut	eat	ius	vir
	eis		vis
	eos		vix
	eum		vos
			vox

Trans. quarta conuersa præced.
pr. & sec. cons. tertio vocalis.

„frà	„die	„chi	pro
sta	„tre		sto
„trà	spe		

Trans. quinta
prima voc. sec. & tert. conson.

abs	est
ars	
arx	
ast	

Trans. sexta. con. prę.
prima, & sec. cons. tertia voc.

„dai

„dai	„bei	cio	noe	cui
„fai	beo	dij	„poi	duo
„gai	dea	dio		fui
„hai	dee	fio		„hai
„lai	dei	„mia		hui
„mai	deo	„mie		hic
„rai	„lei	„mio		qua
„ſai	mea	pia		quę
	meæ	pie		qui
	mei	pij		quo
	meo	pio		ſua
	„neo	„ria		ſue
	„rea	„rie		ſui
	„ree	„rij		ſuo
	rei	„rio		tua
	„ſei	„ſia		tuæ
	zea	„ſij		tui
		„zia		tuo
		„zie		
		„zij		
		„zio		

Trans. ſeptima pr. & tert. vocalis. ſec. cons.

„aco	edi	ibi	„oca	vna
acu	edo	ibo	„oda	vni
ago	egi	ida	odi	vno
ala	ego	ima	„odo	
alæ	eme	„ime	ora	
„ali	emi	„imo	oro	
alo	emo	ira	„oſa	
ama	„era	ire	„oſo	
„ame	ero	iri		
„ami		ita		
amo		ite		ani

iuani
ano
ara
„ ari
aro
axe
axi
das
dat
fac
fas
fax
hac
has
his
hos
lac
mas
nam
pan
par
pax
sal
sat
tam

„ deh
dem
des
det
fel
fex
hæc
hem
lex
mel
nex
per
pes
res
rex
sed
ter

Transp. octaua con. pr.
prima & ter. con. secun. voc.

bis
cis
cit
dic
hic
his
nil
nix
sic
sis
sit

bos
cor
cos
„ con
dos
hoc
hos
mos
non
nos
nox
ros

cum
cur
duc
dux
fur
lux
mus
nux
pus
sub
sum
sus

TABVLA QVARTA

Ex Qvatvor Literis Constitvta

Transpositio prima Quatuor vocalium.

ioue
ioui
auia

veie
veio
viua
viue
iu-

iuuo viui
viuo
vuea

Tranſ.ſec. cō.pr. q̄tuor cōs.nō repe-
Tranſ. tert. (ritur.
Tres primæ voc. quarta cons.

aiax eius
auem euam
aues
auis

oues viam
ouis vias
ouum vijs
vuam
vuas
vuis

Trans. quar. c.p. tres pr..cōs.quarta
Trans. quinta. (voc. nō reperitur
Duæ primæ voc. ter. & quar. cons.

præ fleo
„ſtai „ſtea

„cria fluo
ſcio „grue
„ſtia grui

Tranſ. ſep.
Prima voc. reliquæ conſonantes

„baia „beue
„baie „deue
„baio „deui
caio leua
caua leuo
caue meio
caui „neue
cauo neui
„daua ſeui
dauo
„faua
faue
faui

„cioè boue „guaui
dici boui queo
diua „coua quia
diuę „couo
diui „doue
diuo
„giua
„giui
niue
„piua

„ haue
laua
maio
naue
naui
nauo
raia
raie

Tranſp. nona.

Pr. & vlt. voc. reliquæ conſonantes.

abba	ecce	igni	offa	vlmo
abde	ægra	illa	olla	vlta
abdo	ægre	ille	ollæ	vrbe
adde	ægri	illi	olli	vrbi
addo	ægro	illò	„ onda	„ vrla
agna	„ elle	immò	„ onde	„ vrli
agnæ	„ ello	indi	„ opra	„ vrlo
agni	„ enſe	ipſa	orba	vrna
agno	erga	ipſe	orbe	vrnæ
agri	„ erge	ipſi	orbi	vrſa
agro	ergo	iſta	orbo	vrſæ
alba	erra	iſte	orca	vrſi
albi	„ erri	iſti	orci	vrſo
albo	„ erro		orco	vſſa
alga	„ erta		„ orma	vſta
„ alla	eſca		„ orme	
„ alle	„ eſce		„ orna	
„ alli	„ eſci		„ orni	
„ allo	„ eſco		orno	
alma	„ eſſa		„ orſa	
almæ	„ eſſe			
almi	„ eſſi			
almo	eſto			

alta

alta
alte
alti
alto
ambo
anna
anne
anno
ante
ansa
„apre
apri
apro
arca
arcæ
arci
„arco
arcu
argo
„arma
„armi
armo
„arpa
arra
asto

orsa
orta
ortæ
orto
ossa
„osse
ossi
„osso
„otto.

Transf. decima. c. p.
Pr. & vl. cons. reliquæ voc.

haud
laus

beas
bees
beat
beet
deam
deas

dijs
fiat
fiet

boas

duas
duos
ſuam
ſuas
ſuis
ſuos

deis deos suus
deum
deus
meam
meas
meis
meos
meus
reor

Transpositio vndecima
pr. sec. & quar. voc. ter. cons.

„aita iano vaca
audi ioci vaco
aula ioco „vada
aulæ iuba vade
aura iulo vadi
ausa iuno vado
auso iure vaga
iuro vage
vagi
vago
vale
vana
vanæ
vani
vano
vase
„veda
„vede
„vedi
„vedo
vela
„ve-

„vele
veli
velo
vena
venæ
veni
vera
veræ
veri
vero
veto
vici
vidi
„vile
vili
vina
vini
vino
viri
viro
viru
visa
viso
visu
vita
vitę
viti
vito
voca
voco
vola
vole
„voli
clam

volo

Transf. vndec. c. p.
Prima, ſec. & quar. conſ. ter. voc.

clam fles flos
cras ſpes
flas ſtet
flat
ſtas
ſtat

Tranſ. decima tertia
Prim. ter. & quar. voc. ſec. cons.

abeo egeo idea obeo
abij egui ideo obij
acui æque ineo ocio
acuo equi ocia
adeò equo ocij
alia eruo odio
alij exeo olea
alio exui olei
apio oleo
aqua
aquæ
area
areæ
areo
arui
aruo
aſia

Tranſp. decimaquarta, c. p.
Prim. ter. quar. conſ. ſec. vocali.

dans dent hinc fons hunc
dant mens mons tunc
hanc poſt

mars

mars
pars

Trans. decimaquinta.
Prima & ter. voc. ſecundæ cons.

abel	edas	ibam	opes	vras
abis	edes	ibas		vres
acus	edet	ibat		vris
alam	edax	ibis		
alas	epar	ibit		
ales		idem		
alis		iram		
alat		irim		
alet		iras		
amem		item		
amen		itis		
ames				
amet				
amer				
amor				
amas				
amat				
ames				
apes				
aras				
ares				

Tranſp. deci. ſex. & vltima cō. præ.
Prima & tert. cons. ſecundæ voc.
Quia multas in ſe retinent tranſpoſitiones facilioris intelligentiæ gratia, in plures partiemur.

Conſonantes & vocales, ſimiles

papa bibi momo
rara toto

coco

coco.

Vocales ſimiles ſolum

„ bara
„ cada
cama
caſa
dama
„ darà
data
faba
fama
fata
gaza
lata
laua
laxa
maga
mala
nata
pala
„ para
rapa
rara
rata
„ ſala
ſana
ſata
„ tana

bene
„ bere
deme
fece
fede
„ fele
ferè
geme
„ lece
lene
„ mele
nece
„ pece
pene
„ pere
pete
„ reſe
rete
ſæpe
ſere
tedæ
telæ
teme
tene

bibi
bini
cibi
diti
fidi
fili
fini
„ lidi
miſi
niſi
ridi
riſi
tibi
vidi

bolo
bono
colo
cono
dolo
domo
dono
foco
foro
homo
„ lodo
loro
loto
modo
moto
nodo
nolo
noto
„ poco
polo
pomo
pono
poro
roco
rodo
rogo
roto
„ ſodo
ſono
tono

fuco
luco
luſu
luxu

Conſonantes ſimiles. c. p.

pape

pape	ceci	bibo	coce	bubo
rara	ceco	dido	nono	rare
rari	dedi		tota	ruri
raro			toti	tuta
			toto	tute
				tuti
				tuto

dissimiles omnes.

base	cela	bima	bona	„buco
basi	cæli	„cima	coce	cubo
cado	cælo	„cime	„coda	cudo
cane	cæno	cito	„core	curo
cano	cæpi	„dica	„cori	duco
„capi	cæra	„dice	„cosa	dumo
„capo	demi	dici	„cosi	fuco
cara	dena	dico	cote	fugo
caræ	fera	dira	coxa	fumo
cari	heri	diræ	doli	fune
caro	hero	diri	domi	fure
cato	„meco	fico	domo	furo
dabo	„mela	fida	„doue	fuse
„dame	„melo	fide	„dosa	fusi
date	„meni	fila	„dota	gula
fagi	„meno	„file	dote	humi
fago	nemo	fimo	„foce	humo
fame	nero	fine	„fora	luca
„fate	„pela	fina	„goda	luce
„fati	„peli	„fino	„gode	ludi
labe	„pelo	libo	„gola	ludo
lati	„reca	lima	hora	„lume
lato	„reco	limæ	horæ	„lumi
laxe	remi	limo	loca	luna
laxi	remo	nido	loci	lupa

magi
mago
mali
malo
„mani
„mano
nasi
naso
nato
pace
paci
pali
palo
„paue
„pate
pati
„pato
rado
rami
ranæ
rapa
rape
raræ
rari
raro
sale
sali
salo
sanè
sani
sano
tace
„taci

„teco
„tede
„tela
teli
telo
„temi

nolo
nito
pica
pico
pila
pino
pira
rigo
rima
rimę
„rimo
„risa
„rise
„rido
simæ
simo
sine

„loda
„lode
„lodi
lora
lota
mola
molæ
mora
mori
„noce
„noci
„node
nodi
nola
noli
„noma
„nome
„nomi
nota
notæ
noti
noto

lupo
mali
mulo
mura
mure
muri
muta
mute
muto
nubo
nuto
pura
puræ
puri
puro
puta
puto
rubi
rubo
rude
ruga
suda
sude
sudi
„sudo
tuba
tubæ
tubo

tale

cale	„poca
tali	poli
	poma
	pomi
	rode
	roma
	roſa
	roſæ
	„reſe
	rota
	rotæ
	„ſoda
	ſola
	ſoli
	ſole
	„ſoma
	„ſome
	ſona
	zona

Ratio vſus tabularum continuati ſcripti, in quo characterum figuræ permutantur.

ERAT in animo ad hanc rem ſex literarum, quæ varijs modis tranſponi poſſent, in tabulis nexum proponere, quòd is numerus potiſſimus videbatur, nam plures literas eodem modo colligere nimis moleſtum erat, vt ſolum hoc opus vel in magnum volumen excreſceret, pauciores verò parum fœcundum. Verùm hoc etiam viſum eſt ſatis laborioſum, & parum neceſſarium: nam ad ſimilium figurarum rationem multis modis poterat ſubſequi characterum nexus, vnde labor futurus fuiſſet parum vtilis inter tot literarum combinationes, quæ ſecundum ſimilium:

analogiam in ſpacijs pari modo de vera indicare procederent, quare conſilium hoc ſatius prætermittendum duxi, quàm rem nimis moleſtam aggredi, alioquin parum vtilem, in cuius rei loco binarum dictionum tabulas proponimus, vbi modo ex duarum ſimilium figurarum poſitione altera prius verbum terminat, altera ſubſequentis initio ponitur, modo inter trium ſequelam diuiſio vel poſt primam, vel poſt ſecundam cadit. Idem ſeruabitur & in quatuor ſimilium concurſu, vt modo poſt primam, modo poſt ſecundam incidat partitio. Eas tabulas ritè & ſuo ordine diſtinximus, vt facilè cuique obuiam fiat, quæ quoq; loco verborum partitio quærenda ſit, vt lector facilius intelligat. Ad hoc viſum eſt eadem ratione tabulas eorum verborum adijcere his, quæ inſigniora viderentur, quod plures ſimiles, & varias figuras pluribus in locis, modo bis, modo ter remaneant: quarum aliæ ſtatim ſuccedunt, aliæ verò interpoſitis alijs procedunt: quæ omnia & ſi cui minus vtilia poterunt videri, quod vel rem ſic ſubſequi neceſſarium non ſit, & ſæpius aliter contingat, & inter plura eodem modo ſe habentia indicatu difficillimum ſit, quod potiſſimum debeat eligi, quia tamen ea obſeruatio ad rem pertinere viſa eſt, prætermittendam non duxi: nam ea, quæ hoc modo incerta ſe habent conſequentium regularum iudicio poterunt confirmari, vt inter plura tollatur ambiguitas.

Vocales ſolæ, quæ principio vnius, & fine alterius dictionis eſſe poſſunt.

anima	atq;
ille	etiam
dei	iouis
ego	omnis
tu	vides

Conſo-

Consonãtes solæ, quæ in fine vnius & principio alterius esse possunt.

hoc	caput	nos	sapientes
illud	dabit	et	tenet.
ah	habet		
nil	licet		
num	manus		
non	negat		
amor	rogat		

Cum similes tres vocales erunt, & diuisio cadit apud secundam.

aucupij	iudico
iudicij	iaceo
alij	iuno
eoo	omne

Si apud primam.

tibi	ijsdem

Si quatuor vocales in medio.

Tiberij	ij
eoo	oone

Si quatuor apud primam.

tu	vuula

Tabula notabilium dictionum, in quibus secundæ, tertiæ, quintæ & sextæ duplicantur.

„abbassarsi	accurro	„afferro
„abbattimento	„affatto	„alletto
accommodo	„effetto	appello
assessor	„effettuato	immissum
assicco	„erasse	accurro
assicceseo	immitto	offella
attollo		efferramenta

Tabula dictionum, in quibus secunda & tertia duplicatur, etiam consonante sequenti.

„ abbracciamento
„ abbracciare
„ abbreuiare
acclino
accliuis
accludo
accreſco
accredo
affleo
afflo
afflictus
affluo
affrico
agglomero
agglutino
aggrauo
aggredior
aggrego
applaudo
applico
approprio
apprimè
approbus
attribuo
„ ebbro
eccleſia
efflagito
effleo
effloreo
effrænus
offleo
offringo
offriſco
oppleo
opploro
opprimo
opprobrium

Si ſeptem conſonantes & apud tertiam ceciderit diuiſio.

vrbs phtiſis
ſtirps phthongus

Si ſex conſonantes & apud ſecundam ceciderit diuiſio.

amant phthiſim
habent phthongum

ſi in medio

vrbs ſtrabonis
ſtirps ſtructuræ

Si quinq; conſonantes & apud primam.

et phthiſis
nec phthongus
amant ſtrabones
diligunt ſtructuras

Si apud tertiam.

vrbs ſtudij
ſtirps brachij

Duplices conſonantes cum duplicibus vocalibus ſequen-

ſequentibus.
alluuio alluuies annuus. ſic & ſimil. dict. reperir. poterunt.

Ratio vſus tabularum orbicularis ſcripti, & earum vſus

EXPOSCIT ratio, vt idem in orbiculari ſcripto, quod in ſimplici characterum permutatione exequamur, vt tabulas traditurus, in quibus ſimiles figuræ huius ſcripti modo plures, modo pauciores varijs modis diſponentur, earum nunc vſum *indicemus*, ne hoc ad ſolam mentis agitationem quis *facturus facilius* in errorem incidat: nam & difficile *fuiſſet*, *eas dictiones* memoria complecti, & lubricum in *experimento* labi, in quibus tabulis legitimum ordinem ſecuti *ſumus*, vt primum duarum literarum verba, mox trium & inde quatuor poneremus. Rurſus quemadmodum in illis variæ ſimiles collocentur, pleniſſimam rationem traderemus, vt rem expendenti clarius liquebit. His adiecimus plurium literarum verba, in quibus figuræ ternæ ſimiles initio medio & fine ſimul concurrunt. Adiunximus præterea binarum dictionum nexum, in quo figuræ, quæ priores dictiones terminant, quæq; mox ſequentes inchoant aſſimilantur, vel eædem ſunt, earum dictionum vſus in eo genere ſcripti adiumentum dabit, ad ea ſolum verba inueniendum, in quibus, vt *in ſuo loco proximo volumine dictum eſt*, reliqua omnis interpretatio firmabitur, & innitetur. Earum igitur vſus occaſio quoties obuenerit, habebit interpres quo recurrat, vt facilior ſibi aditus pateat ad interpretandum, vbi tabularum ſectiones interpreti, quo loco quæque dictio quærenda ſit, præfixo titulo indicabunt.

TAB. PRIMA

DICTIONVM DVARVM SIMILIVM LITERARVM.

ab de hi il tu

TAB. SECVNDA
DICTIONVM TRIVM LITERARVM.

Transpositio prima
prima & sec. similis

abi	„del	hic	tuæ	
dea	dem	hij	tui	
dei	des	his	tuo	
deo	det	tua	tum	

Transp. sec.
sec. & ter. similis.

ede	„ahi	„chi	
odæ	nil		

Transp. tert.
prima & vltima similis

„che	iam	„mio	per	„pur
„gai	meo	par	pyr	seu

Transpo. quint. non reperitur, aliæ vsui esse non possunt.

TAB. TERTIA
QVATVOR LITERARVM

Transpositiones. 1. 2. 3. 4. omittimus, quia inutiles.

Transp. 5. prima & sec. similis, reliquæ dissimiles.

abbas	abeo	dedi	demi	deos	hiat
abde	deam	deis	demo	„deue	tuam
abdo	deas	dele	dena	„deui	tuas
				deus	tuba
					tube
					tuta
					tuum
					tuis
					tuus.

Transp.

Transp. sexta c. p.
ter. & quar. similis, cæteræ dissimiles

abde	„ fede	sede	actu	nutu
adde	fide	„ sode	cætu	ortu
„ arde	inde	„ sude	fætu	potu
aude	rade	vade	fotu	ritu
„ cade	ride	„ vede	ictu	situ
cede	rode	vide	motu	
vide	rude	vnde	natu	

Transp. septima omittitur.

Transp. 8. p. dissim. reliquæ similes.

astu
estu.

Transp. nona prima & vlt. similes,
reliquæ dissimiles.

apud	feci	leuo	pons	vlla
base	fili	libo	quot	vlta
bene	fimi	lido	styx	vnca
„ bere	fixi	limo	vada	vnda
beue	foci	lino	vaga	vola
bibe	funi	ludo	vana	vrna
bile	furi	lugo	veda	vrsa
bimæ	„ lago	lupo	vela	vrta
binæ	lato	olor	vena	vsta.
bonæ	lauo	osor	vera	
bouæ	laxo	pars	visa	
fagi	lego	plus	vita	

Transp.

Transp. decima
2. & 3. similis, reliquæ dissimiles.

dabo	tabe	idem	„file	vili
faba	tabo	ideo	fili	vile
fabæ	adeo	bili	filo	
fabi	idæa	fila	nilo	

Transp. vndecima, non reperitur.
Transp. decima ter. prima tertia & quarta similis.

ritu.

Transp. quartadec. c. p. omittitur.
Transp. quintadec. pr. & 3. similis, reliquæ dissimiles.

arca	lanæ	peræ	reti	siue
arcæ	lena	peru	rite	viam
arco	lene	pori	„riti	vias
„bada	leni	poro	rota	vnam
coes	leno	pyra	rotæ	vras
coet	lino	pyre	roto	vrat
„crea	luna	pyro	ruta	vtar
erga	meos	pura	rute	vnam
„erge	nepa	puræ	sæua	vras.
ergo	„para	puri	sæuæ	
hali	pari	puro	sæui	
halo	paro	rate	sæuo	
lana	„pera	rete		

Transp. sextadec. vlt. c. p.
sec. & quar. similis, reliquæ dissimiles.

hanc	diem	aper	vrat	cuma
acie	fiam	epar	vret	cuna
acre	piam	aret	vrit	cura
ecce	pium	erat	auia	dura
agni	viam	erit	aula	„duca

agri

lagri	ambo	orat	aura	fuga
„ ogni	immò	oret	auſa	fuma
„ fura	iuba	luna	muſa	pura
fuſa	iura	mula	muta	puta
gula	iuua	„ mura	nuda	quia.

TAB. QVARTA

DIVERSARVM DICTIONVM

Trium ſimilium in principio dictionis.

ſtupa
ſtudium
ſtupidum
deficio
hilaris

Maiuſcolis illis literis addere poteris fines ex libitu, & multæ conſurgent dictiones.

Trium ſimilium in fine dictionis.

paſtu
guſtu
faſtu

& ſimilia

damno
„ nieghi
„ prieghi

Duæ ſimiles in fine, alteræ duæ ſimiles in principio ſequentis dictionis.

ars tua
lux zachariæ
eſt vxor

Si dictionibus his diuerſa principia & fines addes, aliæ quoq; conſurgent dictiones.

Duæ ſimiles in fine altera principio alterius dictionis.

de fago
nil moror
vno paruo

pars talis tu zeno.
eſt vlla
dux zeno

adde etiam & aliæ componuntur nouæ dictiones.

Vna

Vna similis in fine, duæ principio alterius dictionis.

hic dedit
illud efficit
ah illius
deum nouit
non oportet
amor statuæ
is tua
et vxor
lex zabulonis

Egenus interpres principio & dictionum fine multas addere literas poterit

Vna similis in fine, alterius principio dictionis tres.

hic deficit
cur studes

etiam si addes, nouas habes.

Hæc sunt, quæ hoc tempore de hac materia dici posse videantur, atque huiusmodi in re prodenda satis augustè scripsisse visi sumus, omnes enim, quos adhuc videre contigerit scriptores quàm angustissimè tetigerunt.

FINIS.



BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14102

